

CODEX JURIS BOHEMICI.

TOMI SECUNDI PARS ALTERA,

CONTINENS

JUS TERRAE ATQUE JUS CURIAE REGIAE SAECULI XIV^{-M},

QUAM

IMPENSIS REGIAE SOCIETATIS SCIENTIARUM BOHEMICAE

EDIDIT

HERMENEGILDUS JIREČEK.

PRAGAE.

TYPIS GRÉGERIANIS.

1870.

PRAEFATIO.

Volumen hoc est pars secunda tomii secundi Codicis nostri, complectens monumenta Juris terrae et Juris curiae regiae saeculi quartidecimi (1306—1420); quae monumenta singillatim proposita hacc sunt:

1. Carminum antiquorum fragmenta duo.
2. Decreta Brecislai I. ducis.
3. Statuta ducis Ottonis.
4. Decretum comitiorum regni Boemiac.
5. De tabulis terrae in Boemia et Moravia antiquitus institutis disputatio. Pag. 2.
6. Sententiae a judicio terrae Boemiae latae. 17.
7. Kniha starého pána z Rožmberka. — (Liber domini a Rosenberg). 68.
8. Fragmentum praxeos judiciariae 98.
9. Majestas Carolina (Statuta zemská) 100.
Appendix documentorum constitutiones „Maj. Car.“ illustrantium 188.
10. Řád práva zemského. — Ordo judicij terrae 198.
11. Officium circa tabulas terrae 256.
12. Inventiones baronum 284.
13. Decreta duo Caroli regis 285.
14. Formae literarum apud tabulas confici solitarum 285.
15. Formae querelarum 312.
16. Formulae juramentorum 331.
17. Formae literarum judicialium 334.
18. Constitutio officialium terrae 352.
19. Pána Ondřeje z Dubé. Výklad na právo zemské české. (Domini Andreac a Dubá Explanatio juris terrae Boemiac) 356.

Pag. 1.

20. Sententiae a judicio terrae Boemiae latae. Series altera. 387.
21. Juris terrae Moraviae reliquiae. 398.
22. Jus curiae regiae. 403. Additamentum 414.

In hisce monumentis conquirendis qui consilio operaque nos juvarunt, sunt celeberrimi viri: Dr. A. Gindely qui tabulario terrae Boemiae administrando praest, Romualdus de Hube senator Warsowiensis, B. Wagner praefectus tabularii Treboniensis, Dr. A. Tille gymnasii Treboniensis rector, W. Schulz scriptor c. r. bibliothecae Universitatis Pragensis, V. Brandl tabularii terrae Moraviae atque Dr. F. Emler tabularii civitatis Pragensis praefecti.

Commodandis literis librisque manu scriptis concessaque describendi potestate nos adjuvarunt custodes administrandae c. r. bibliothecae Universitatis Pragensis praepositi et illustrissimi principes J. Adolphus a Schwarzenberg et Georgius a Lobkovic.

In prooemiosis tum primi tomis tum hujus voluminis latine perscribendis magna ex parte officio studioque promptissimo operam nobis navavit Wenceslaus Wojáček, gymnasii Reginae-gradecensis professor.

Quibus omnibus viris honestissimis de opere nostro optime meritis gratias ut debemus, persolvimus.

Impensas in hocce volumen edendum fecit inclyta R. Societas scientiarum boemica, quo nomine et ipsi et celeberrimo praesidi ejus Dri. Francisco Palackio singularem in modum nos obstrictos esse profitemur.

Reliquum est, ut etiam typographiae Dris. Edwardi Grégerii gratias et laudes agamus, cuius cura effectum est, ut ab ornatu et specie nihil admodum huicce volumini deesse videatur.

Scribebam **Vindobonae**, Calendis Januariis 1870.

H. Jireček.

9.

Majestas Carolina.

Singulare juris boemici monumentum codex est imperatoris et regis Caroli IV, qui Majestas Carolina appellatur. Notum erat Carolo IV, quid a superioribus regibus Premyslao II et Wenceslao II tentatum esset, quum corpus legum scriptum quibus omnes regni incolae tenerentur, confici promulgarique vellet; quin etiam illius codicis qui Wenceslao regnante fuerat confessus, leges aliquot ad manus ipsi fuerunt. Unde ignorare non potuit, utriusque regis conatum, quod coenitiae et barones refragarentur, ad irritum cecidisse. At parum prospero illorum successu minime deterritus denuo rem candem aggressus corpus juris quod autoris sui nomen tenet, perfecit.

In Prooemio rex multis verbis exponit, quo consilio ejusmodi corpus juris instituerit; induxisse in animum non solum „constitutiones et leges novas condere,” sed etiam antiquiores leges vel scriptas vel usu et consuetudine confirmatas renovare, atque in unum codicem colligere (quim etiam antiquas leges plurimas, quas partim in scriptis, licet incomposite et confuse redactis, partim vero sola consuetudine et utentium moribus approbatas, per praedecessores nostros, reges Boemiae factas, invenimus vel concessas, in unum codicem, Majestatis Nostrae felici nomine nuncupandum, redigere).

Ejus codicis capita et praescriptiones in omnibus causarum et quaestionum generibus valere debebant ita, ut juris constituendi libertas quae usque ad illa tempora obtinuerat, subinde tolleretur (per quas i. e. leges cunctis judicibus aut officialibus nostris, majoribus et minoribus, recte judicandi, secundum quod scriptum invenerint, materia praebeatur, et variandi iudicia in causis eisdem vel similibus — quod saepe factum in offenditam divinae justitiae et subditorum nostrorum lacrimabile detrimentum audi-
vimus — facultas quaelibet adimatur).

Majestas Carolina, qua universum jus terrae quum privatum et judiciale tum publicum complectendum erat, a constitutionibus religionis (I—V) exorsa ad leges juris publici describendas transit; ibi agitur de successione regni hereditaria, de terris quae in ditione regni sunt, de partibus terrae Boemiae, de comitiis, de summis terrae magistratibus, de officialibus regis, de iudiciis, de tabulis terrae (VI—XXIX); postremo leges judiciorum in causis criminalibus exercendorum et leges juris privati civilis adjunguntur.

Codicis perscriptio post annum quadragesimum quam rex Wenceslaus II. mortuus est (1305), ergo a. 1346 facta est, quo anno Carolus post mortem Joannis patris sui († 26. Aug. 1346) regnum Boemiae adeptus est. Verissimum est, Carolum jam tunc dum Moraviae marchio erat, antequam in patris locum successit, juris sic constituendi curam gessisse; nam quum rex esset factus, omnia codicis capita jam erant singillatim perscripta (1346);

neque tamen in fraudem inducamur, quod arx Karlsteinensis quae a. 1348 condita et a. 1358 exaedificata est, ibi commemoratur; etenim hujus arcis nomen posterius, anno circiter 1355 codici insertum est.

Atque hic mirum videri potest, quod in Majestate Carolina Moravia plane silentio praeteritur. Carolus qui et ipse diutius Moraviae praefuerat (1333—1346), ut futurae ejus conditioni et cum Boemia consociationi pro-videret, singulare quiddam animo proposuerat, quod etiam brevi post reapse exsecutus est. Voluit quippe, ut Moravia feudum coronae regni Boemiae esset utque in familia regia Luxemburgensi, quii duorum plurimum regis filiorum natu minor ideoque natu maximo aetate proximus esset, Moraviam teneret atque in ea filiorum suorum natu maximum successorem haberet. Hoc constituit literis, quas VII. Idus Aprilis a. 1348 nec non iis quas Kal. Jan. a. 1349 dedit. Ex quo intelligitur quid causae fuerit, cur in Majestate Carolina nulla Moraviae mentio facta sit.

Sed Majestas Carolina eundem quem Premyslai et Wenceslai codices exitum habuit: Comitia Boemiae rogationem de illa ascenda non acceperunt, sed tanto consensu antiquaverunt, ut rex non solum consilium ejus pereferendae depositerit, sed etiam ne unquam in Boemiae valeret, justis literis hac de causa perscriptis sanxerit.

Barones autem illi rogationi obstiterunt, primum, quod jus scriptum libertati suaे juris pro arbitratu constituendi adversabatur, dein, quod codex antiqua regni privilegia immutabat et regis potestatem magnq baronum in commodo augebat, tandem quod Moravia quasi cum Boemiae regno consociata non esset, practermittebatur.

Litterae argumento memorabiles, quibus Carolus codicem suum rescidit atque irritum essejussit, datae sunt II. Nonas Oct. a. 1355 atque hisce verbis sunt scriptae:

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Amen.

Carolus IV. divina favente clementia Romanorum imperator semper Augustus et Boemiae rex:

Notum facimus tenore praesentium universis, quod licet jam dudum de consilio, voluntate, scientia et consensu nostrorum et regni nostri Boemiae principum et baronum jura quaedam adinvenienda duxerimus et etiam statuenda eademque quorundam principum et baronum praedictorum accedente consilio ac expresso consensu in scriptis redacta et in uno volumine fuerint sigillata, prout hoc in notoriari et publicam prodiit notionem;

quia tamen praefatum volumen, quod videlicet, sicut praefertur, fuerat inde confectum, una cum sigillis eidem appensis, fortuito casu fuit igne consumptum in nihilunque redactum;

et quia nihilominus tam nos quam praefati principes et barones jam dicta jura servare non promisimus nec aliqua super his praestitimus juramenta, et adhuc in nostro et principum ac baronum corundem libero pendebat arbitrio, si jura ipsa promissionibus et juramentis in talibus opportunis confirmare, approbare et vallare vellentus, quod usque hodie non est factum a nobis vel principibus ac baronibus ante dictis;

dictaque jura a temporo quo illa condidimus usque modo num-

quam publicata, intimata, seu nunciata fuerunt, nec in terris, civitatibus seu foris publice proclamata;

ideoque decernimus et auctoritate regia ex certa scientia declaramus:

Nos et omnes principes ac barones nostros et regni ac coronae Boemiae antedictos, nostrosque insuper et ipsorum heredes et successores perpetuo ad dictorum jurium observantiam non esse ligatos quomodolibet vel astrictos, seu potius solutos esse ac liberos ab eisdem, nec non ab omnibus sententiis, punctis et articulis, quae et qui in dictis erant juribus comprehensi;

quodque tam nos quam ipsos seu nostros et ipsorum heredes et successores, sicut praemittitur, in honore, statu, personis vel bonis quaecunque poenae in ipsis juribus seu dicto volumine olim ut praemittitur, promulgatae contingere vel notare non possint, aut debeant, ullo unquam tempore quovis modo, ullumve nobis vel ipsis nostris et eorum heredibus et successoribus in honore, statu, personis aut bonis praejudicium generare quomodolibet vel afferre.

Nos enim principibus, baronibus saepedictis, eorumque heredibus et successoribus promittimus pro nobis et heredibus ac successoribus nostris, Boemiae regibus, bona fide et auctoritate regia statuimus et hac praesenti constitutione perpetuo duratura saucimus:

ut nos et praedicti principes et barones nostri ac regni et coronae Boemiae subditi et fideles, nostrique et ipsorum heredes ac successores perpetuo antiquis et consuetis juribus omni impedimento cessante frui pacifice et perpetuis gandere temporibus debeamus.

(Signum serenissimi principis et domini, Domini Caroli Quarti Romanorum imperatoris invictissimi et gloriosissimi, Boemiae regis.)

Testes huius rei sunt: Illustris Rudolfus senior Saxoniae dux, sacri imperii archimarscaleus, venerabilis Prezlaus Wratislaviensis, aulae nostrae cancellarius; Joannes Argentinensis, Theodoricus Mindensis, Fridericus Ratisbonensis et Henricus Lubecensis episcopi; ac illustris Rudolfus junior Saxoniae dux, et spectabilis Henricus de Schwartzburg, Joannes Magdeburgensis; Ulricus de Helfenstein et Albertus de Anhalt comites et alii quam plures.

Praesentium sub Nostrae Imperialis Majestatis sigillo testimonio literarum, datum Pragae Anno Domini 1355. Indictione octava, 2. Nonas Octobris, regnorum nostrorum anno decimo, Imperii vero primo.

Iisdem verbis scriptae sunt literae Joannis marchionis Moraviae, qui erat Caroli frater atque, ut tuu videbatur, haud dubius regni successor.

Causam autem, cur legum suarum codicem in irritum vindicasset, Carolus hanc practexuit, quod ipse codex, antequam a rege et baronibus esset acceptus ratusque esse iussus, casu quodam consumptus incendio esset. Haec autem causa omnino dicis gratia erat conficta; nam et latina exempla Majestatis Carolinae et in sermonem boemicum translata saeculo XV. scripta

plura ad nos pervenerunt, quae quum verborum contextu inter se concin-
nant, ex uno fonte manasse videntur, ita ut credi nequeat, unum quod
tum exstaret, exemplum totum periisse.

Exempla latine scripta haec nota sunt: Primum illud, quod erat
Universitatis Pragensis, nunc vero nusquam apparet. Ad hoc exemplar Pa-
lacký opinatur Jesinium a. 1617 suam Majestatis Carolinae editionem instituisse.

Exemplum bibliothecae Universitatis Pragensis, quod legitur in co-
dice manuscripto signato I. G. 18.

Exemplum Treboniense, quod continetur codice sign. B. 3, qui anno 1486
scriptus est.

Majestatem Carolinam typis describendam edendamque primus curavit
Paulus Ješín a. 1617, eamque his verbis inscripsit: *Majestas Carolina sive
Constitutiones. Caroli IV. Rom. Imp., quibus ille regnum Bohemiae for-
mandum ornandumque censuit. Nunc primum in lucem proleta studio Pauli
Geschinii. Hanoviae 1617 (fol. VIII et 44).*

Altera, accuratissima editio Palackii est, quae legitur in „Archivi“
libro III. sub num. D. VII.

Majestas Carolina nimis diligenter, singulis etiam verbis expressis
in boemicum conversa, in tabulario Treboniensi servatur. Praeterea aliquot
exempla translationis boemicae, attamen non *integra*, extant.

Interpretationis boemicae Treboniensis exemplar Palacký in lucem
edidit in libro Archivi III., contextu verborum latino ad contextum boemi-
cum in lateribus paginarum adjuncto.

Statuta zemská. — Řád koruny české.

(Statuta regni Boemiae.)

Factio baronum Georgio regi adversa in comitiis a. 1465 habitis li-
bellum querulum plurium capitum ad ordines detulit, ubi inter alia legitur:

V Statutich Zemských takto stojí: „Také ustanovujem panskú
radú, aby všecka zbožie, dědiny, svobodné manské nebo městské,
spravedlivě odumřené, na krále českého měly připadnúti; a ty on
má dáti a rozdávati, komuž se jemu líbí. (Arch. IV. p. 104.)

Si, quaenam haec statuta fuerint, quaeris, ipsam Majestatem Caro-
linam in arctum collectam fuisse scito; nam eadem haec libelli queruli
verba reperiuntur in libris manuscriptis, qui et ipsi appellantur „Statuta“,
atque idem verborum contextus est Majestatis Carolinae in epitomen boe-
micam coactae.

Ipsa Statutorum inscriptio testatur esse Majestatem Carolinam quodam-
modo contractiorem; ibidein enim dicitur, haec esse Caroli imperatoris jura,
quae interpres omissis compluribus sermonis latini ornamentis boemice ex-
plicaverit. Verba ejus prima sunt:

Boha Všemohúcieho ku pomoci vzyvaje, Řád i Ustavenie, jinak Sta-
tuta královstvie českého, innohe okrasy latinské opustě, tuto chci česky
vyložiti, jakož jest je šťastné paměti Karel ciesař popsat kázel s volí
panskú, když byl všel v českú zemi, v ty časy divně valků roztrženú (!),
a tak tůž zemi českú v řád navrtil.

Atque haec sunt illa Statuta, quae se aliquando separatim publica-
turum esse Palacký in tertio Archivi volumine pollicitus est.

Libri manu scripti, quibus Statuta continentur, omnes sunt sacculi XV.,
et quidem :

1. Qui olim fuit Ambrasius, nunc vero servatur in caes. aulica bi-
bliotheca Vindobonensi, quem jam B. Balbinus abhinc annis fere ducen-
tis vidi.

2. Qui olim fuit Crumloviensis, nunc quidem est caes. reg. bibliothecae universitatis Pragensis sub sign. 17. C. 22, anno 1469 conscriptus.

3. Lobkovicianus, Pragae in bibliotheca principum a Lobkovic servatus etc.

Pro lege Majestas Carolina, ut jam supra diximus, valuit nunquam, quin etiam aperte rescissa est atque abolita, quum tota tum singula ejus capita. Nihilominus tanta erat ejus auctoritas, ut etiam subsequentibus seculis et ipsa comitia et regni incolae respectum habere et provocare ad ipsius auctoritatem solerent. Cujus quidem rei unum exemplum ex iis quae a. 1465 gesta sunt, supra attulimus. Alterum adjungemus, ex rebus a. 1466 gestis assumptum; tum enim qui in comitiis ad jura et privilegia terrae exquirenda delecti erant, de regno defendendo hacc protulerunt: O vojuách: Co se nalezá v Právich (a) Statutich cisaře Karlových, že obyvatelé království českého pomezí na svuoj náklad do trí neděl brániti mají, a prodilo-liby se to dále, tehdy sobě a koňoum potřebu z království bráti mohú — a ačkoli ta Práva odvolána jsú týmž cisařem a Janem markrabí moravským léta MCCCLV, však to tak v právich zemských muož být vyjednáno a okázáno, neb táz Statuta na stará práva zemská ukazuji (Arch. V. p. 363).

Unde sequitur, Majestatem Carolinam ejusque epitomen boemicam quae Statuta Terrae vocantur, *quatenus antiquum jus completerentur, pro juris fontibus fuisse habitas*, etsi nec verbis nec contextu pro legibus valabant.

Atque ut tandem, num quae capita antiquioris codicis regnante Wenceslao II. confecti in Majestatem Carolinam sint recepta numque illa capita a legibus Caroli discerni possint, aliquo modo constituantur: unam cognitionis notam esse censemus Juris regalis montanorum (vid. Cod. juris boh. I. 102), ab Italo Gozzio de Urbe Vetere conscripti, cum Majestate Carolina collati verborum et sententiarum vel convenientiam vel discrepanciam. Quae enim Majestatis Carolinae partes eisdem sententiis, eodem orationis genere quo „Jus regale montanorum“ contextae sunt, eas dicere licet a codice Wenceslaico nunc ignoto profectas in illam immigravisse (Ejusmodi partes asterisco notavimus atque Juris regalis montanorum locos qui illis respondent adjunximus).

Latinum Majestatis Carolinae contextum ad exemplum manuscriptum bibliothecae universitatis Pragensis I. G. 18, Statuta ad exemplum manu scriptum ejusdem bibliothecae 17. C. 22, cum Lobkoviciano collatum, exhibemus.

Prooemium.

1. Totius universitatis actor et rector, summus opifex, unus Deus, creaturarum omnium nobilissimam hominem ad imaginem propriam effigiemque formavit, et paulo minus ab angelis minuit, praeponens eum ceteris creaturis. Quem cum simplicem produxisset et rectum: ipse libero voluntatis abusus arbitrio, quod dignitatis praerogativa potestas divina concesserat, quaestionibus infinitis se reddit involutum.

2. Inde successiva posteritas, paterni vitii maculata contagio, velut a stipite suo virgultum non discrepans, inter se rancores suscitavit et odia. Rerum dominia, quae

jure naturae debebant alias consueverant esse communia, partitis animis fecere distincta. Inde proprium sibi quisque quaerens, avaritiae coecitate confusus, alius furta, alius publice rapinas committere, demum bella, seditiones et cetera humanae miseriae mala, pullulare frequentius incooperunt.

3. Unde ipsa rerum necessitate cogente, nec minus divinae provisionis instinetu, principes gentium sunt creati; per quos scelestis criminandi licentia arceretur, et pacificis ac quietis tuta securitas praebetur: qui leges et jura conderent, et ad regulam ciuita disponerent; ut personis consideratis et causis, inter homines futura litigia rationabiliter diffinirent.

4. Sicque Deo propitio regno nostro Boemiae nobis successione legitima devoluto. Serenitatis nostrae mentem sollicitam cura multiplex coepit arripere, (et propter) defectus varios, quos humani generis instabilis causat conditio, invalescentes jam nimium in regno ipso, sedule, circumspice necessaria quaeque et opportuna remedia meditari; ne potestate regia nobis divinitus attributa videamus abuti, et reipublicae curam subditorumque quietem pacificam, quae nobis incumbunt, negligentiae otio resignare.

5. Cum igitur inter cetera, quae majoris fuerunt causa dispendii dicti regni, cognoverimus alienationes multimodas diversis titulis insignitas, terrarum atque castrorum plurium, de mero regis demanio sistentium et ad justitiam regiam exerceendam immediate pertinentium atque mensam; factas dudum personis singularibus pluribus, baronibus scilicet et ceteris nobilibus dicti regni, per quosdam praedecessores nostros Boemiae reges illustres, immediate sequentes serenissimum principem memoriae celebris reverendum dominum avum nostrum Wenceslauum, secundum Boemiae regem illustrem, fere annorum spatio quadraginta decurso; quarum alienationum causa potissima concurrente, et carissimi genitoris nostri recolenda memoriae D. Johanni Boemiae regis illustris absentia diutina, in diversi mundi partibus, specialiter Galliae, Italiae ac etiam Teutoniae tunc temporis militantis, regno ipso variis turbini-

bus et procellis jactato, multimode coepit primum justitiae potestas tremenda tepescere; inde latronum, furum et multiplicis generis maleficorum sepes nefariae pullulare, et successive in stipites et truncos validos crescere; ut paene regnicolis fidelibus nostris et advenis aliis, regnum adire volentibus, nulla aut rara securitas itinerum p^raebetur; et quod dolendum est gravius, infra lares proprios, in quibus omnis cessare debebat inmanitas, tutumque cunctis esse refugium, eorum vita pacifica et domestica per scelestos hujusmodi crudeliter turbaretur. Nec dextera regia poterat contra tam gravem pestem libere virgam bajulare justitiae, nec decenti subsidio tam miserandis personis talibus subvenire, dum regiis castris praedictis a suo jam demanio abdicatis, quorum tam opportunitate locorum, propter ipsorum fortalitia atque situm, quam reddituum et proventuum inde solito solvendorum, regalis auctoritas potenti brachio provisioneque solerti tantis dispendiis potuisset occurrere, et rigore, ut expedit, justitiam ministrare; consideratione etiam habita singulari, quod castellani atque custodes eorumdem castrorum, qui nec in custodia, nec in alia cuiusvis officii potestate auctoritate regia inibi praesidebant, sed privatarum personarum dicta castra vigore alienationum hujusmodi tenentium de mandato, nullum in ministranda justitia circa regiones illas p^raebabant Majestati regiae auxilium, consilium vel favorem.

6. Quibus, et plurimis necessitatibus aliis et defectibus, crescebat audacia criminandi et dabatur ubique materia excedendi; ipsique latrones et fures, prostratam atque confusam taliter cernentes justitiam, partim violenter, partim timore, partim conscientia vel errore, infirmitatis eorum contagio regiones singulas corruptentes, multorum locorum atque terrarum receptacula et refugia quam plurima occupant. Et denum in tantam penuriam fragilitatemque, causantibus alienationibus supradictis, potestas et dignitas regis devenero, ut baronibus et nobilibus dicti regni, armata manu publice discurrentibus, caedes, incendia et crimina plurima nefaria committentibus, nullam possent pe-

nitus justitiam exercere; imo quod gravissime, proh dolor! est ferendum, decore regio vilipenso, regalis cogebatur auctoritas barones ipsos et nobiles, quos clementer et provide pacificare quaerebat, assidue sequi, et quandoque pecuniarum quantitates plurimas, quas pro exiguae mensae suae sustentatione vix quaerere poterat, baronibus ipsis, ut pacem facerent, elargiri.

7. Quae singula regiae pietatis nostrae cura circumvolans animo vigilanti, noctes plurimas ducens insomnes, quotidianos sponte perpessa labores, ut rempublicam penitus delapsam sublevaret, et desideranti populo praeteriti moeroris aerumnis oppresso, securitatem et pacem quaereret: juvante deo, et devotorum nostrorum non deficiente auxilio, (quos ideo nos, licet invitos, tantas pecuniarum summas exhibere de proprio non valentes, pro communi omnium populorum dicti regni evidenti compendio et securitate et pace perpetuis acquirendis, non nostra utilitate propria, multipliciter in collectis et datiis oportuit aggravare), discrete providit et confecit, quod terras et castra praefata ceteraque jura nostri demanii et ad justitiam regiam sive mensam de laudabili more primaevō immediate spectantia, jam in majori parte redenimus a detentoribus eorumdem, (prius illis exhibitis et integre persolutis per munificentiam regiam, non solum ex debito, sed ex gratia, saepius pecuniarum summis non modicis, pro quibus detentores ipsi illa eis obligata fore causis et rationibus diversis et plurimis asserebant), et ad ipsum nostrum regium demanium, justitiam atque mensam ea reduximus et adunivimus permansura; et ut deinceps idem nostri fideles et subditi eorumque futura posteritas in similibus sumtibus et collectis amplius non gravarentur.

8. Sed quia volentibus inire opus perfectum, non tantum sufficit praeterita reformare et praesentia bene disponere, nisi etiam perspicaci mentis intuitu curent futuris eventibus providere (quia omnino providentia dicitur, si, quae sunt futura, tractentur): providimus (non nostro ingenio confidentes, sed ad illius omnipotentis gloriam et

misericordiam infinitam nostrae mentis vertentes intuitum et preces sedulas porrigentes, qui res penitus desperatas concedere et feliciter consummare suae virtutis magnitudine potest), constitutiones et leges non solum novas condere, quas, nobis promulgatas divinitus, novimus pro conservatione justitiae et pacis acquisitione perpetuae dicti regni fidelibus expedire; quin etiam antiquas plurimas, quas partim in scriptis, licet incomposite et confuse redactis, partim vero sola consuetudine et utentium moribus approbatas, per illustres principes praedecessores nostros recolendae memoriae reges plures Boemiae factas invenimus vel concessas, in unum codicem Majestatis nostrae felici nomine municipandum, per nos prius correctas atque suppletas, lucido ordine et stilo pensatis redigere, illasque secundum congruentem materiam debitum titulis assignare, quo legentibus propensior pateat intellectus; per quas etiam cunctis judicibus aut officialibus nostris majoribus et minoribus recte judicandi, secundum quod scriptum invenerint, materia præbeatur, et variandi judicia in causis eisdem vel similibus (quod saepe factum, in offensam divinæ justitiae et subditorum nostrorum fidelium lacrimabile detrimentum audivimus), facultas quaelibet adimatur; et ut hactenus tam dire prostrata justitia, per nos deo medio relevata libere perseveret, et depressis rebellionibus et sceleribus quibuscumque, animose triumphet.

9. Has igitur constitutiones nostras, tam saluberrimas vobis et utiles, fideles carissimi, lactanter accipite, et Deo gratias agite, qui per Nos, suos in hac parte ministros, dedit vobis vivere scripta lege, quos tam longis temporibus contigit incerto judicio multorum opprimentium jugo feroci colla submissere, et litigiorum sententias saepe, non rationis tramite, sed judicantis arbitrio reportare.

10. Et quoniam deo juvante haec cuncta peregrimus, operis nostri primitias eidem sincera devotione reddentes, ad laudem et gloriam unigeniti domini nostri Jesu Christi, gloriosissimæ trinitatis et totius coelestis curiae, principium fieri a fide catholica jussimus reverenter.

(*Boha všemohúcieho ku pomoci vzývaje, Rául i Ustavenie, jinak Statuta kralovstvie českého, mnohé okrasy latinské opustě, tuto chci česky vyložiti, jakož jest je šťastné paměti Karel císař popsat kázul s volí panský, když byl všel v české zemi, v ty časy divně valků roztrženů, a tak tůž zemi české v řád navrátil.*)

(Constitutiones.)

I. De fide catholica.

§. 1. Sanctissimam trinitatem, substantiam unicam trinamque personam, (quam in nomine Patris et Filii et Sancti Spiritus simpliciter credimus firmiterque tenemus, eundemque filium dominum Jesum Christum redemptorem nostrum Deum verum de Deo vero genitum ex patre hominemque factum ex Maria virgine natum tota mente totoque corde devotissime confitemur), universum populum regni nostri Bohemiae, quem catholicum novimus et fidelem, secundum quod sacrosancta catholica et apostolica credit ecclesia, humiliter revereri volumus et fateri; fideles nostros subditos in Christiana religione nobis fratres reputantes et filios, pietate paterna salubriter exhortantes, ne forte exterarum regionum contagio, a regni dicti limitibus non distantium, ipsorum fidei puritas et sincera devotion pro tempore maculetur. §. 2. Reliqui vero dementes atque vesani, catholicae fidei sacro dogmati repugnantes, praeter divinae ultiionis aeterna supplicia, infames facti, Majestatis nostrae indignationem mortiferam se noverint incurisse.

(*Versio boemica hujus articuli desideratur.*)

II. De paganis et Saracenis.

§. 1. Paganis aut Saracenis domicilium facere laremque fovere in christianissimo regno nostro Bohemiae interdicimus penitus et vetamus. §. 2. Mandantes nemini nostrorum fidelium subditorum licere paganum aut Saracenum aliquem receptare in suis domibus aut agris, nisi eis ut viatoribus, per regnum nostrum transeuntibus ad partes forte remotiores, aut etiam infra regnum pro mercaturis seu causis aliis accedentibus, hospites, cāupōnes seu stabularii necessaria et quaeque convenientia ministrarent; quod fieri permittimus, dum tamen cuiquam in fraudem fidei catholicæ non procedat.

O pohaniech a Saraceniech.

Ovšem ustavujem, aby žádný pohan ani Saracen obydlenie domu, ani podružie v českém kralovství micti nemohl ani měl; než toliko aby jim dán byl nocleh a potřeba

jakožto lidem pocestným a hostem skrže zemi do jiných zemí jedúcim nebo jdúcim, a to pod pokutú upravenú, jakož se o ní dole psáti bude (sic).

III. De haereticis.

Quod in religionem divinam committitur, in omnium fertur injuriam; quid enim potest ab omnibus gravius existimari, alias tolerari, quam divinae potentiae copiosam clementiam, in proprio filio humano generi attributam, miserorum latrantum dentibus percipil acerari? Hi sunt haeretici, qui oves dominicas a Petri custodia, cui pascendae a Jesu domino nostro bono pastore sunt creditae, segregare conantes, velut lupi rapaces intrinsecus, eousque mānsuetudinem ovium praetendunt, quomodounque possint ovile subintrare dominicum, quod demum desiderant suis lupinis morsibus demoliri. Hi sunt filii patris nequitiae et fraudis auctoris, ad decipiendas simplices animas destinati. Hi sunt serpentes, qui latenter videntur inserpere, et sub mellis dulcedine virus evomunt, ut dum vitae cibum se ministrare simulant, a cauda feriunt, et immiscent mortis poculum, velut quoddam durissimum aconitum. Hi dum sanctae et individuae Trinitat's essentiam denegant, sub uno contextu nequitiae tres simul offendunt: deum videlicet, proximos et se ipsos. Deum, cum dei fidem et filium unigenitum non agnoscunt; proximos, dum ipsis sub specie spiritualis alimoniae, haereticae pravitatis oblectamenta ministrant; crudeliter etiam saeviunt in se ipsos, dum post animarum dispendium corpora denique saevae mortis illecebris (quam per agnitionem verae fidei possent evadere), vitae prodigi, impudenter involvunt. Contra tales itaque deo et hominibus sic infestos, quorum quidam (sicut acceptimus) ex exteris nationibus accedentes, regnum nostrum, Christiana religione clarissimum, haereticae pravitatis tenebris maculare conantur, continere non possumus, sicut nec debemus, aliqualiter motus nostros, quin debitae ultionis gladium in eos exeramus: §. 1. Praesenti promulgato divinitus sancientes edicto, ut crimen haereseos et damnatae sectae cuju-libet, prout sacrosanctae et apostolicae ecclesiae decretis habetur, velut crimen publicum possit ab omnibus intentari; imo crimen laesae Majestatis nostrae debet ab omnibus horribilis reputari, quod in divinae majestatis injuriam noscitur attentatum. §. 2. Nemine etiam deferente, diligenter investigari volumus hujusmodi sceleris patratores, et per officiales nostros sicut et alias malefactores inquire, et inquisitione notatos, etiam si levis suspicionis argumento tangantur, a viris ecclesiasticis vel praetatis, ad quos spectat, examinari jubemus. §. 3. Per quos si evidenter inventi fuerint a fide catholica saltem in articulo fidei deviare, ac per ipsos pastorali more commoniti, tenebrosis diaboli relictis in-

sidiis, noluerint agnoscere deum lucis, sed in errore concepto mala constantia perseverent: praesentis nostrae sanctionis edicto damnatos mortem pati baereticos decernimus, quam affectant, ut vivi in conspectu populi comburantur, flammarum commissi judicio, qui sacri flaminis lumen agnoscere et patris aeterni perennem gloriam quaerere, unigenitique filii passionem, redemtionem humani generis credere denegarunt.

O potupení kacieřov a jich pomstě.

Hospodine, tvů ríveru a chválu žádajíce rozmnožiti ustanovujem: Aby kterýž-kolivěk kacieř které-kolivěk sekty byl řádem přemožen skrze biskupa a jiné preláty, a shledali ho býti kacieřského, aby byl s ohlášením lidu obecnieho ohněm spálen.

IV. De inquisitione haereticorum.

§. 1. Haereticos cujuscunque sectae, quos sicut non solum ad requisitionem praelati vel inquisitoris pravitatis haereticae, sed etiam ex eorum officio, ut jam decrevimus, inquire et capi volumus, sic captos per officiales eosdem dictis praelatis aut inquisitoribus remitti, vel eorum certis nuntiis assignari praecipimus et jubemus.

O jímání kacieře a před inquisitora našimi popravcemi vydání.

Přísně přikazujem popravciem našim, purkrabiem i městským, kolikrat-by koli potřebie bylo zjímati kacieřov, aby je tak snuziece před osobu biskupa a mistra kacierského a jiné preláty, a jeho u vazby postavili.

V. De receptatoribus haereticorum et credentibus et complicibus eorum.

§. 1. Omnis sectae haereticos a quoquam juxta limites regni nostri Boemiae, in domibus aut agris, aut aliter quoquomodo, indifferenter receptari, prohibemus omnino. §. 2. Receptatores vero, si qui fuerint scienter, aut credentes, aut complices, aut alias quo-cunque modo consentientes eis, sive fautores, bonis eorum omnibus confiscatis, relegandos in regno praedicto in perpetuum esse censemus.

Ktožby kacieře přijemali, věřili neb kterú účastnost s kacieři měli.

Mocně ustavujem, ktožby kolivěk kacieře přijemal kteréžkoli sekty, nebo je trpěl, aneb s nimi obcoval, otporně nešetře

svrchu psaného ustavenie, aby všecku jeho sbožie do komdry krále Českého provinil bez otpuštění a z království Českého všechně vypovědien byl.

VI. De terris et urbibus ad regium demanum seu mensam spectantibus non alienandis.

Quanta pericula, quantaque dispendia et aerumnas alienatio dudum castrorum et aliorum jurium, ad regiam justitiam spectantium atque mensam, in regno nostro Boemie, tam circa regiam dignitatem, quam circa subditorum nostrorum fidelium quietem et pacem (generaverit), satis abunde superius diximus et ostendimus validis argumentis. Quae omnia deo freti in statu decenti jam feliciter possumus. Sed quia persaepe recidivum consuevit esse gravius morbo primo; et ne, quod tantis laboribus pro communi omnium utilitate perfecimus, et non sine eorundem subditorum gravaminibus et impensis, possit faciliter deperire et pestem deteriorem ingerere, quinimo duret perpetuum, quod perpetuo noscitur profuturum: §. 1. Hac perenni et irrefragabili constitutione praesenti, prævia nostri natura deliberatione consilio, decernimus sanciendum, quod singuli reges illustres, heredes successoresque nostri, ad quos successivis temporibus regnum nostrum Boëmia ex descendentí vel collaterali linea successionis legitimæ devolvetur, vel ea deficiente (quod propitius deus avérat) electionis jure pervenerit, infra mensem continuum quemcunque a die successionis aut electionis hujusmodi numerandum, debeant, sanctorum evangeliorum libro posito coram eis, in publico testimonio, proclamatione scilicet vel præconizatione publice præcedente, in loco ipso dumtaxat, quem ad hoc duxerint eligendum, ambabus manibus eisdem tactis evangelii sacrosanctis, præstare solemniter juramentum: §. 2. Quod nullo unquam tempore, per se vel alium, tacite vel expresse, publico vel occulte, terras aut castra seu jura demanii regii, justitiae sive mensae, quae particulariter et distinete huic saluberrimae constitutioni inseri et inscribi mandaviinus, (ne possit ignorantia quaeque praetendi, aut dubietatis ullius involuerum exoriri), et alia eis quaevis dependentia vel annexa, in solidum vel in parte, communiter vel divisim, non donabunt, non vendent, non pignori obligabunt; §. 3. nec illa cuiquam, aut eorum forte regimen vel custodiam, committent vel commendabunt perpetuo vel ad tempus aliquod terminatum; non divident vel separabunt, nec etiam permutabunt; §. 4. denique nulli hominum, etiam patri, vel filio, aut fratri, per modum provisionis forte, vel sustentationis vitae eorum, vel alio excogitato modo quoconque, tenenda vel possidenda concedent; §. 5. nec pro dotibus filiarum aut sororum, nec illustris reginae super eis vel eorum aliquo dotalitium assignabunt;

§. 6. Nec aliquo praemissorum modorum distrahere vel alienare voluntibus seu tractantibus assensum directe vel indirecte, quacunque ratione vel causa praestabunt; §. 7. sed ea custodiri et regi facient per officiales proprios, ad id per eos specialiter deputatos, ad honorem et gloriam diadematis regalis, Boemiae rei publicae, judicii atque justitiae tuitionem, fortitudinem atque favorem, et totius universitatis fidelium dicti regni securitatem atque pacem: poena perjurii dignitati regiae imminentia. in qua deum potentissimum judicem solum se habere cernat et ultorem, apud quem nee locus iniquitatis relinquitur, nec acceptio personarum habetur, nec munerum cupidio versatur. §. 8. Si quis autem in tantam furoris audaciam currere repertus existiterit, ut contra hujus sacrae constitutionis tam votiva, tam accepta decreta quidquam potere et impetrare praecepsurit: ipso jure careat impetratis, et notae infamiae maculis aspergatur, et velut manifestus reipublicae dissipator, regnique Boemiae aemulator et proditor, poenas omnes criminis laesae majestatis ipso facto se noverit incurrisse. §. 9. Quibus adjicimus, ut bonis omnibus exspoliatus, (quae non solum confiscari mandamus, sed etiam cedi volumus et occupari), ubique infra limites regni, per quoscunque forte deprehensus fuerit, ut bonis, ita vitae solatio, nullo exquisito judice, impune privetur. (Dignus est enim omnium pietate carere, omnique privari consortio, qui solus omnium saluti et quieti se impudenter opponere, et visus est velle regalis gloriae speculum obfuscare, et rempublicam universumque populum dicti regni subvertere pariter et dissipare.) §. 10. Castra et jura, nullatenus alienanda vel etiam permutanda, videlicet sunt haec: In Polonia quatuor civitates, scilicet: Wratislavia, Novum forum, Glogovia, Frankenstein, et duo castra, scilicet Zoboten et Gorow. In Budissinensi province sunt infra scriptae civitates, scilicet: Budissin, Gorlicz, Lubovia, Lubanum et Kamenicz. In Boemia sunt infra scriptae civitates, scilicet: Praga, Grez cum sylva, Albrechtiez, Chrudim, Plzen, Hawelswerd, Nimburg, Sittavia, Lutomericz, Zacz, Pirn, Pons, Kadan, Tachovia, Tušá, Piesk, Budviecz, Czaslavia, Kutnis, Kurim; et infra scripta castra: Glacz, Frustenberg, Lichtenburg, Bezdziez, Künigstein, Ellepogen, Frimberg, Pretenstein, Burgleins, Karlstein et Klimberg. §. 11. Et infra scripta, quae sunt pignora, scil. Egra, Flos et Parkstein; quae amplius alienari non debent, nisi ab Imperio redimantur.

O sněmu a rozkázání, kterak králi čeští nemají otlučovati od koruny České měst a hradiou dole psaných.

A dále ustavujem a nalezáme na valniem sněmč všech našich věrných s povoleniem království našeho Českého, aby

budúci naši náměstkové, králové Čeští poslupní neb snad od jinad zvolení a povolení králi, pod přísahú a zlořečenstvím od Buoha věčným měst a hraduor duole psaných nikakéž ot České koruny a ot požieránie krále Českého neodlučovali, nezastavovali, ani nesměnili, deerám neb královnám svým na nich nerěnovali. Pakliby kto od nich přijal, tehdy by ten r nemilost králorstvie Českého upadl, a hrillo, sbožie i dřdiny, kteréžby měl v králorství Českém, ihned skutečně ztratiti má.

To jsú tito hradové a města s právy jich, kteříž nemají býti otlučování:

V Polště čtyři města: Vratislav, Neumark, Hlohov, Frankenstein, a dra hradы: Sobotka u Gorov.

V Budínské zemi tato města: Budíšin, Zhořelec, Libava, Luban, Kamennec.

V Čechách tato města: Praha, Hradec Kralové s lessem, Albrechtice, Chrudim, Plzeň, Hawelswörth, Nimburg, Žitava, Litoměřice, Žatec, Pirno, Most, Kadaň, Tachov, Domazlice, Písek, Budějovice, Čáslav, Ilora, Kúřim. A tito hradové: Kladsko, Fürstemberk, Lichtenburk, Bezděz, Königstein, Loket, Frimberk, Bretenstein, Hrádek Křivoklát, Karlštein a Zviekov.

A tato města a hradové, totiž Cheb, Floss a Parkštejn; ti nemají odlučování býti od koruny České, lečby ciesař je vyplatil.

VII. Qualiter necessaria sint castra et civitates.

§. 1. Nam dignam et salubrem constitutionem hujusmodi non solum voluntatis affectus, verum evidens et inaestimabilis persuadet necessitas, cum in omnibus regni nostri provinciis et earum qualibet singulatim necessarium sit civitates munitas haberi, in quibus exudarii sive judices fidelibus subditis nostris debitam possint administrare justitiam, et ad quas obtinenda justitiae possit haberi respectus. §. 2. Castra vero fore necessaria quis abnuit? Nam ipsorum purgravii sive villie, praeter custodiaram solertiam, quam ipsis castris tenebuntur diligenter apponere et praeter collectionem fructuum et redditum villicationum ipsarum, quos regali mensae praesentare tenantur, etiam ad executionem omnium sententiarum, quae per judices (in) ipsorum provinciis lateae fuerint, cum debitate sollicitudinis efficacia laborabunt. §. 3. Cum etiam nonnullae civitates et castra in metis regni praediti, tam ad praecludendum hostilem ingressum, quam ad invasionem inimicorum, pro regnicolarum salute et commodo, et regni juribus et honoribus defensandis, necessariae videantur.

O hrazených městech a o rychtářích.

Tuto řéci chceme, že duostojné jest a potřebie plné, aby města hrazená měla v sobě rychtáře opravné a hodné, a hradovť, zvláště pomezní, také purkrabie k popravení a k dopomození všeho práva budto k krvi nebo k sboží a k obraně obce České; a to aby spravorali v spravedlnosti, i sbožie jim poručená a požitky, kteříž z toho přicházejí, spravedlivě králově komoře dávali; a na popravu mají mieti vuoli a potvrzenie krále Českého.

VIII. Quae civitates et castra possunt obligari.

Sicut magis insignia et opportuna circa ministrandam excusandamque justitiam loca, civitates et castra particulariter annotata solemni constitutione nostra jam exemimus ab omni alienatione vel abdicatione demanii nostri regii, justitiae atque mensae: ita decenter quaedam alia minus notabilia praesenti constitutioni inscribi jubeamus, in et super quibus nobis nostrisque successoribus in posterum illustribus Boemiae regibus, pro ingruentibus casibus honorem et statum regiae majestatis persaepe spectantibus, §. 1. Licere permittimus et sancimus liberum regiae voluntatis arbitrium, illa in solidum vel in parte, communiter vel divisim (ad tempus duntaxat) concedere vel pignori obligare, dum tamē totum tempus concessio-
nis aut obligationis cuiuslibet annorum decem numerum semel aut pluries non excedat, nec ultra confirmare; et etiam pro dotibus sororum vel filiarum, et in dotalium reginae illustris assignari facere, ad vitam dictae reginae dictarumque filiarum atque sororum tantummodo, et non ultra; et alias secundum emergentes necessarios vel opportunos eventus de illis disponere pro libitu suae voluntatis, dum tamen alienatio perpetua, aut ultra praescripta tempora, non sequatur. §. 2. Nisi forte de eis permutationem fieri contigerit, quae causam regiam redderet meliorem, scilicet in terris, vel castris, vel bonis aliis stabilibus, apparentibus consimilis valoris aut praeminentiae dignitatis honorum atque locorum, quae taliter duxerit permutanda, quod dicti regis arbitrio relinquatur; de quo praestent dicti reges illustres, ut supra in constitutione proxima praecedenti, solemne juramentum. §. 3. Quac loca sunt ista, videlicet: Jaromir, Trautnow, Curia, Mielnik, Úusk, Luna, Slana, Aquenses, Miza, Klatovia, Vérone, Sicea, Colonia; et infrascripta castra, vide-licet: Kostelecz super Sazavia, Stęgreif, Ebrspach, Moywin, Bettleru, Angerbach, Misemburg, Nečtin, Muncheleins, Protivin, Froburg, Vožic, Bernart (?) et Hassenstein.

Která města a hradové mohú zastavena býti.

Již jsme řekli, která města a hradové nemají zastavena a zastarení býti; a již pravíme o těch, ješto pro pilní potřebu a obecné dobré České zémě mohú zastavena býti některdy do šesti let u véniech dielně neb vcele, a také směněna mohú býti za otměnu tak dobrú, ješto by nebylo škodno království Českému; pod takú bezpečností, aby z těch směněných měst a hraduov najméně též požitkuov a služby i práva bez umenšenie přicházelo k království Českému. A to jsú tato města: Jaroměř, Trutnov, Dvuer, Mělník, Ústie, Lány, Slaný, Vodňany, Střiebro, Klatovy, Berún, Sušice, Kolín. A tito hradové: Kostelec na Sázavě, Stegreif, Ebersbach, Mojvin, Žebrák, Angerbach, Nižburk, Nečtiny, Mníšek, Protivin, Fraunberk, Vožice, Bernart (?), Hasištejn.

IX. De obitu regis et officio successoris.

§. 1. Jubemus, quando deo volente contigerit illustrem regem Boemiae universae carnis viam incedere, et praesentis vitae fragilis solatio laborioso privatum, ad coelestis regni perennia gaudia deo propitiante deferri: quod barones et nobiles inferiores ac universitates omnes dicti regni assistere vel parere, quodque burgravii seu castellani vel custodes, aut alio quoconque vocabulo nuncupentur, de mandato vel ordinatione dicti defuncti regis custodientes vel servantes, seu alias gubernantes, castra et jura in constitutionibus proxime praecedentibus signata, illustri immediato successori futuro regi, vel alii cuicunque, resignare vel tradere aut restituere non audeant vel presumant, sub poena infamiae et privationis perpetuae dignitatis, officii vel honoris, (quas si contra fecerint, ipso facto se noverint incurrisse), nisi prius in publico testimonio, sicut alia sacra proxima constitutione cavetur, rex dictus solemne praestiterit juramentum „de non alienandis bonis et juribus regiis“ superius annuatatis.

Kdyžby král umřel, kterak purkrabie a vladaři s hrady a s městy mají učiniti.

A my také ustavujem pevně po smrti každého krále purkrabiem i jiným vladařům, kteříž hradы královу, města aneb jiná sbožie držie, aby jich budíciemu králi ani komu jinému postúpiti nesměli, pod pokutí narčenie a zbarenie úraduov, duostenstvie nebo cti po vše časy, jeližby prvé zjevně a v obecné raddě bylo to oklášeno a jeližby prvé budíci král slavnú učinil Českému království přisahu.

X. De civitatibus infra scriptis, qualem honorem novo regi debeant exhibere, et quale juramentum ab eodem recipere.

Honorabiles et egregias civitates regni nostri Boemiae, Pragam, Wratislaviam, Budissin et Montes Kutnis, regiae Nostrae Majestati carissimas et dilectas, sicut hae ceteras alias civitates dicti regni virtutibus et maturitate civium praecellunt atque frequentia populorum: ita honorificentia dignitatis et gloria singulari erga celsitudinem regiam cupimus insigniri, in his maxime, quae regalis dignitatis honorem, cunctorumque fidelium statum respiciunt pacificum et tranquillum. §. 1. Hac igitur constitutione providimus ordinandum, quod singulis successoribus nostris Boemiae regibus illustribus, qui fuerint pro tempore, si eos aliquando civitates praescriptas, vel earum aliquam adire contigerit, ante insignia regalia coronationis assumta, vel etiam postea, cum tamen primum civitates ipsas adierint, debeant cives cujusque civitatis ipsarum obviam honorabiliter et decenter exire, suaque regali potentiae, in signum purae devotionis fideique sincerae, claves civitatis reverenter offerre. §. 2. Prius tamen, quam claves ipsae offerantur et civitatem ipsam rex introeat, praestito per eundem juramento solemni, tactis scilicet sacrosanctis evangelii reverenter per eum, non equitando, sed de equo descendendo, ad honorem dei exhibitis coram eo: „quod toto tempore vitae sua bona fide, sine diminutione vel circumscriptione quacunquae, servabit et servari faciet ex integro constitutiones editas per dominum Karolum. Boemiae regem illustrem, reverendum praedecessoreni suum, de non alienandis civitatibus, castris et juriis ad regium demanium Boemiae atque justitiam spectantibus sive mensam.“ §. 3. Quo exhibito jure, fidelissimi cives cum jubilo exultationis caritatis et tripudiis, mente devota et obedientia subjectiva regem eundem, verum dominum ipsorum, in civitatem suscipiant, et animis exultantibus introducant, longissimis deo propitiante temporibus civitatem ipsam, universumque populum dicti regni, regendum sibi divinitus attributum, in pace perpetuo servaturum.

Kterak podepsaná města krále nového mají přijeti a on je při práviech jich zachovati.

Města počestná přepovýšená Českého královstvie: Praha, Vratislav, Budišín a Hora mají krále nového přivítati a přijemati s počestností a s zpíváním velikým a s svátosti a s jinú slaví proti němu ryndice, a mají Jeho Milosti klíče od města na znamenie riery a poddání poctivě dátí. A pře král s koně svého ssiesti ná a na svatém čtení přisieci, aby je při jich práviech a rádiach bez umenšenie a bez zápisuov a bez zástav za-

choval, jakož napřed Karlem ciesařem jest ustaveno od onoho odlučování měst, a neodlučovati měst. A potom měštanés chralú a s velikú poctivostí přijmíce krále mají jemu okolnie lidi poddávat v jeho poslušenství, a on je mu spravorati milostivě.

XI. De juramento regis, quando coronatur, de non alienandis castris etc.

Quae pro salute cunctorum et totius reipublicae communi compendio statuuntur, debent in publicam deferri notitiam, ut fideles nostri cognoscant, quam grata quamque assidue pro illorum quiete mens nostra laborat. §. 1. Hac itaque regia ordinatione sancimus: quandocunque successivis temporibus singulis vicibus illustres reges Boemiae dicti regni diadematè contigerit publice (ut moris est) coronari: in ipsa coronatione, antequam sibi in capite diadema ipsum per sacras manus archiepiscopi Pragensis, qui pro tempore fuerit, imprimatur, (vel praelati alterius, tunc forte ecclesiae Pragensis sede vacante, vel ipso renitente), de verbo ad verbum praestare et recitare teneatur solemne juramentum „de non alienandis castris et iuribus demanii regii sive mensae,“ in forma constitutionis Nostrae super hoc editae annotata.

O korunování krále a o jeho přísaze.

A také králuom budúcim ustavujem, kdyžby korunu královstvie Českého přijímali, pře nežli přijmí korunu na hlavu, aby přísahu slavnú učinili znovu, měst a hradovor nezastavovati, a práv jich jim neměniti.

XII. De conventu et congregatione baronum.

Ut, quae communem et publicam utilitatem magis inspicint, in singulorum dedueta notitiam, facilis et vivacius memoriae nostrorum fidelium imprimantur: §. 1. Decreto praesenti praecepimus inviolabiliter perpetuo observari, quod annis singulis in primo conventu seu congregatione de more antiquo siendis apud egregiam civitatem nostram Pragensem, in primis scilicet quatuor temporibus Nativitatem Domini nostri salvatoris immediate sequentibus, ad petendam iustitiam coram Regia Majestate, principum, praelatorum, baronum ceterorumque nobilium ac universitatum regni nostri praescripti, predictae nostrae constitutiones sub rubrica „de non alienandis iuribus demanii regii“ tam salubriter editae, de verbo ad verbum, praesentibus principibus, praelatis, baronibus, ceterisque nobilibus ac universitatibus supradictis, in publico alta voce legantur et exponantur

Boemiae idiomate regionis, per notarium terrae qui fuerit pro tempore aut ejus idoneum substitutum, quem ad hoc idem ipse duxerit eligendum; §. 2. poena imminentia notario, si praemissa implere remissus vel negligens repertus exstiterit, privationis officii notariatus terrae, ammissionisque dignitatis omnimodae pariter et honoris.

O sněmu a svolání panuov zemských před krále nového.

Líbilo se jest nám a za právo nalezáme, aby před nového krále páni a obec v suché dni ránořnie byli svoláni a statuta nebo práva ustavená ohlasně skrze piesaře zemského nebo jeho náměstka před obcí čtvrna byla; a byl-liby ten piesař obmeškalý neb neřádný, že by to učiniti obmeškal, má pisu zbaven býti a všeho (i svého) duostojenstvie i cti.

XIII. De bonis alienari permisis.

Decernimus, ne sacris ordinationibus nostris, quas pro generalitatis commodo, non privato compendio, componere non cessamus, superfluae interpretationis obscuritas oriatur: §. 1. Quod bona et jura quaecunque, ad regiam cameram sive fiscum devoluta jam, aut in posterum devolvenda, sive sint feudalia aut aliarum nobilium personarum, sive sint burgensatice, iure successionis vel proscriptionis seu confisicationis, quacunque ratione vel causa fieri contingat, sive etiam exemptionis aut justo titulo alio bona quaque ad regiam cameram devolvantur: ea omnia et singula, in solidum vel in partem, possint libere, omni abjecta reprehensione vel nota, per illustrem regem donari, vendi, et quocunque alienationis titulo distrahi et transferri in quascunque personas, pro libito suae voluntatis. (Decet enim auctoritatem regiam non artari, quin sicut indignos et criminosos debitum poenis jubet affligi, ita benemeritos et condignos possit munificentiae suae munieribus praemiari.)

O odůmrtech kterýchkoliv na krále spadlých.

Také ustavujem s raddú panskú, aby všecka sbožie, dědiny svobodné, maneské nebo městské, otumřelé spravedlivě na krále Českého měly připadnuti, a on muoz dátí a je rozdati, komuž se jemu liebie, r též právo, jakož ty dědiny otumřelé pře záležely; ale jest přičiněno, že dědiny provinčné králi nebo na nepřátelcích dobyté má dátí s raddú panskú, komuž se jemu zdá zapodobně.

XIV. De potentibus privilegia gratiarum super bonis nondum vacantibus, vel beneficiis ecclesiasticis.

Desiderantes, ut omnis malignandi tollatur occasio, ut omnis odii vel rancoris fomes radicitus praecidatur, ne subditos nostros, quos in personis et rebus volumus esse securos, contingat vivere contrariis animis inquietos: §. 1. praesenti decreto sancimus, ne cui, cujuscunqne dignitatis, praeeminentiae vel status existat, nobili vel plebejo, liceat quoquomodo abinde in antea impetrare vel petere regiae majestatis privilegium vel indultum generale aut speciale super quibusunque bonis vel juribus ad nostram cameram sive fiscum quomodolibet devolvendis, quae scilicet tempore petitionis ipsius nondum devoluta fuerint, ratione forte successionis vel proscriptionis, seu publicationis, vel alia causa quacunque, sibi per majestatem ipsam donandis, vel aliter concedendis. (In honestum ambitionumque nimis est, petere quae nondum subsunt, et spe vana concepere alterius rerum se dominum fieri, qui occulto dei judicio, casu, qui spectat in alium, posset celeriter occupari.) §. 2. Quod si quis tanta cupiditate confusus appareat, omnino careat impetratis, nec possit ratione impetrati indulti, vel alia occasione quacunque requirere vel monere regem super praemissis vel aliquo praemissorum. §. 3. Quae omnia et inde potentibus ecclesiastica beneficia non vacantia, quae spectant ad majestatem regiam conferendam, intelligi et trahi volumus et jubemus.

O potvrzení majestátov nu zbožie odumrlá nebo kostelní.

Přísně přikazujem a chceme, aby žádný bez potvrzenie dřdin otumrlých nebo kostelních ot nás a ot Českých králuov neměl, jelž by ty královský naši voli listem, majestátem nebo dskami zemskými anebo dvorskými v manstři s poslem z naší raddy a vědomie potvrzenie měl, a v ty jinak nevcházel své mocí; nebo ktožby jinak učinil, uprošené dědiny zase by vrátil i ztratil, kteréž my znovu podati muozem.

XV. De prohibita divisione terrarum regni.

Veritate testante, omne regnum in se divisum nemo ambigit desolari; et ratio naturalis nos instruit, quod virtus quaelibet est fortior unita, seipsa dispersa. Quid enim profuit tantis curis atque vigiliis, tantisque difficultatibus et laboribus regnum nostrum Boemiae jam paene collapsum deo propitio reparasse, et ad honorem regiae celsitudinis et statum subditorum pacificum reduxisse, si aennolorum versutiis aut calumniantium simolatis precibus pro tempore disumiri contingat et leviter lacerari? Huic itaque morbo pestifero

viam praecidere, et solitae providentiae nostrae remediis vigilanter occurtere deo juvante disponimus, cuius propitiatio regni nostri florere facit imperium, et gloriam nostram docet salutem inquirere populorum. §. 1. Hoc igitur edicto perpetuo inhibemus cunctis principibus, baronibus, feudatariis, ceterisque nobilibus atque civibus vel plebejis regni nostri Boemiae, ne quis ipsorum quacunque ratione vel causa, quae posset via qualibet excogitari,ullo unquam tempore libertatem seu exemptionem, aut aliam eujusvis generis separationem vel divisionem nondum impetrare, sed nec petere tantum audeat vel praesumat a Regia Majestate in persona vel bonis juribus suis, castris specialiter aliis seu terris sitnatis infra limites dicti regni; per quam a nostris vel successorum nostrorum Boemiae regum illustrium ordinationibus et mandatis se ipsum suasque terras, castra, loca etiam quaclibet sive jura, a limitibus et unione regni praedicti solutum auderet dicere vel immune, ipsa loca vel terras, in solidum vel in partem, soluta quomodolibet vel exempta. §. 2. Imo ipsi personaliter cum terris, castris et juribus omnibus, sive bonis eorum, sub nostro successorumque nostrorum Boemiae regum jugo, consue-toque dominio et unione terrarum regni praedicti perpetuo manent, et mandatis nostris successorumque nostrorum saepe dictorum, sicut retroactis temporibus ipsi fidelissimique praedecessores ipsorum fecerunt, devote ac efficaciter pareant et intendant. §. 3. De-ceruentes expresse, quod reges, qui pro tempore fuerint, jurent tam in principio adoptionis regni praedicti, quam postea subsequenter reiterent in coronatione eorum (prout in constitutione alia „de non alienandis regiis juribus“ continetur), quod nullo unquam tempore libertatem aut exemptionem separationemve eujusvis generis et divisionem a regno praedicto juribusque et limitibus suis concedent, tacite vel expresse, publice vel occulte, quacunque ratione vel causa, in persona vel bonis quibuslibet alicui praedictorum; nec potenti seu tractanti talia directe vel indirecte praestabunt audientiam vel assensum; poena perjurii imminente regiae dignitati, quae solum deum habet ultorem, cuius nemini licet determinare judicium. §. 4. Contra vero libertatem seu exemptionem hujusmodi impetrantem, practer infamiam qua notatur, poenae omnes criminis laesae majestatis ipso facto currant, et omnino careat impetratis; ceterique principes et barones seu nobiles ac universitates omnes regni nostri praedicti insurgere manu armata, bonaque ejus invadere et dissipare penitus possint et debeant; quem velut regni proditorem atque scissorem et laceratorem, reiisque publicae atque status pacifici fidelium regni omnium turbatorem et invasorem manifestum, persequi et offendi impune volumus et jubemus.

O záporovědi dědin a hradov.

Řečí přísnú ustavujeme, aby žádný pán, zeménín, man, služebník nebo nápracník, srétsky nebo duchorní, dědin, hradov, bytuor svých nepoddával, rzech nebo dielně, ot České našie koruny ižádnému jinému kniežeti nebo pánu cizozemci, ani kterému jinému terze holdoval. Také žádný vladyska menší nebo kteréžkolivék osoby zeménín, bytór a dědin svých aby žádnému pánu Českému nebo ciziemu nepoddáral, než každé r svém právě, jakož za starodávna bylo, ostalo: pakliby kto xšetečně to učiniti směl, jehožto i král Český pro přísažu srechupsanú tajně neb zjavně přiroliti nemá k dielu nebo ke rřemu roztržení nebo ku poddání dědin pod pokutú křiré přísuhy, ještě Buoh nad námi pomstí. Pakli by to kto směl učiniti a dědiny sré, jakož se srechu jmenuje, otlíčili a poddali, ten každý, komužby byly ty dědiny dány, má od toho dánie padniti a r nemilost těžkú královstvie Českého upadniti. A jiní kniežata a páni mají jemu ralem jeho dědiny vzieti a to sbožie roztrhniuti, a jeho jakožto protivníka a zkázee obecního dobrého hnáti a nutiti ode rřeho.

XVI. De juramento regum super divisione non facienda.

§. 1. Jurabunt etiam dicti reges, modo et forma praescriptis, se nullo unquam tempore, quacunque ratione vel causa, divisionem vel separationem ullam, aut alias quamcunque diminutionem vel arctationem facturos, per se vel alium, seu fieri permisuros vel passuros, de limitibus seu terris habitabilibus vel non habitabilibus cultivandis vel sterilibus in regno praedicto, sive ad regnum demannum, sive ad principes, sive ad barones vel nobiles, sive etiam ad civitates aut alias quascunque personas vel loca spectantibus quoquomodo. §. 2. Et generaliter, dignitates, honores et praerogativas omnes regni Boemiae illibatas unitasque defendere et servare una cum castris et juribus omnibus in sacra nostra constitutione contentis. §. 3. Et quod, si per eum vel alium quoquinque modo vel forma factum in contrarium quidqnam reperiatur, quaeunque roboris solemnitate vallaretur, ex nunc illud revocatur auctoritate regia penitus et annullatur, sub virtute per eos tunc taliter praestiti juramenti. §. 4. Has autem binas constitutiones singulis annis legi et publicari volimus, in primis quatuor temporibus, modo et forma, quibus constitutiones alias nostras „de non alienandis juribus regiis“ publicari superioris est statutum.

O přísaze králór, aby každého zachorali při jeho praviech.

O kterak přísána nebo perná každého krále, náměstka našeho, přísaha má býti, aby nedopůštěl roztrženie a rozlučenie ot královstvie srého Českého dědin všelikterakých, úřaduov a práv jich, kterýchž sú požierali a potvrzenie jich mají k svým slobodám; a netoliko by jich neotlučoralí, ale aby je zachovali při jich srobodách a práviech starožitných.

XVII. De officialibus regni.

In majoribus dignitatibus et officiis majora imminent pericula, et graviora solent oriiri dispendia. Quo expedit diligentius et matutinus praeveniendo caveri, quam post casum suffragio mendicato succurri. §. 1. Itaque praesenti decreto jubemus, quod supremus camerarius, supremus czuda seu iudex, ac notarius terrae, qui mero et immediato regis arbitrio statuntur, et ceteri camerarii, czudarii, notarii et officiales alii, ab ipsis supremis tribus officiis dependentes, omnium provinciarum regni nostri Boemiae, nullo unquam tempore constituantur seu ordinentur ad vitam cuiquam communiter vel divisim; nec officia ipsa vendantur, obligentur, aut alio quovis alienationis titulo distrahabantur, perpetuo vel ad tempus. §. 2. Et ut haec efficacius validentur, adjicimus statuentes, quod singuli reges, qui pro tempore fuerint, tempore coronationis ipsorum in publico, videntibus cunctis populis, prius scil. quam gloriosum diadema capit regio per sacras manus Pragensis archiepiscopi (vel praelati alterius, Pragensis ecclesiae sede vacante, vel renitente forte eodem archiepiscopo, vel forte inhabili existente), imprimatur, jurent sacris evangelii manu tactis, ordinationem nostram praesentem perpetuo tenere et inviolabiliter observare. §. 3. Cujus transgressores poenis afficiimus, ut si quisquam pro tempore tam ambitiosus et temerarius extiterit, quod ex dictis officiis aliquod ad vitam impetraverit, aut illud sibi vendi seu obligari, vel ad tempus determinatum quoquomodo committi, contra hujus edicti seriem, perpetuo vel ad tempus fecerit: ipso jure careat impetratis, et venditio seu alienatio quaeque nulla penitus et invalida censeatur, nec possit quisquam, ratione forte literarum super hoc impetratarum a regia majestate, vel alia occasione quaenque, regem monere vel requirere quoquomodo super praemissis aut aliquo praemissorum. §. 4. Et idem per omnia intelligi volumus et jubemus de officialibus omnibus et singulis consimilibus provinciae Plznensis, licet dependentes vel suppositi dictis supremis officiis non dicantur. §. 5. Similiter idem per omnia servari jubemus et mandamus de officialibus regiis quibuscunque ducatus nostri Wratislaviensis et marchionatus Budissinensis

(Cur etenim non generaliter ad omnes provincias et terras nostras extendimus, quae universaliter pro omnium fidelium nostrorum communi compendio generalique favore justitiae statuimus?)

O úřednících zemských.

Snažně z ustavenie přikazujem, aby najvyšší komorník, sudi a piesař a jiní menší úředníci, ktož ot nich pocházejí, a všickni jiní úředníci v Čechách, v kniežetství Vratislavském a v Budínském panství, v markrabství Moravském úřaduov, ktož by kde držal od krále, kteréžby slušely k cíudě nebo k jich úřaduom, žádný jich nenajiemal, neprodával, nezastavoval, nerozděloval do času nebo věčně. Také aby žádný z nich neprosil úřadov věčně nebo do času, aby na ně žádných listov obdržoval, pod pokutou úřadov zbarenie.

XVIII. De burgraviis constituendis.

Aequitatis atque justitiae zelatores cuncta quaerimus statutis nostris adjicere, per quae possit virga justitiae nostrae adversantes singulos liberis motibus castigare. Tunc enim quiete vivimus, cum statum fidelium nostrorum pacificum intuemur. §. 1. Igitur statuimus perpetuo observari, ne castellaui seu burgravii in castris seu locis de nostro regio demanio, ad justitiam regiam specialiter pertinentibus et ad mensam, statuantur seu quomodolibet ordinentur ad vitam vel ad aliquod determinatum tempus, sed libero semper regiae voluntatis arbitrio cassentur atque mutentur, vel secundum merita permutentur, ne fraus possit fieri justitiae, et executionem illius quandounque videatur negligere, qui certo tempore debere se noverit officio praesidere. §. 2. Poena imminentia, quicunque regiae celsitudinis literas seu privilegia contra praesentis edicti seriem seu mentem impetraverit, notae infamiae; et bonis suis omnibus publicatis, careat perpetuo impetratis. §. 3. Quae firma servare et servari facere, reges illustres Boemiac, qui fuerint pro tempore, in coronacione ipsorum jurare in publico teneantur.

O purkrabiech že mají osazování býti.

Ustavujem známenitě a chceme, aby král Český, kterijž bude, přisáhl, purkrabi věčných nebo do jmenovitého času na hradiech králových srých k držení nepotrvorati, než aby je proměniti mohl snad pro jejich nešlechetnost, když kolivěk a kolikrát se jemu libi; pakliby kto které potrrzenie na sré purkrabstvie vzal nebo dobyl, inked toho purkrabstvie má zbaven býti

a v pokutu nešlechetenstvie vpadnúti a sbožie svá obdržená prorviniti má věčné.

XIX. De judicibus et rectoribus.

Locorum judices et rectores subditorum vita et conversatione decent esse conformes. Inconvenienter quidem jus diceret, qui ab illis in pluribus dispareat. §. 1. Et propterea statuimus, quod nullus officialis, quacunque honoris dignitate vel administratione praefulgeat, ad judicium scilicet ordinandus, praefigatur vel ordinetur a quoquam in regno nostro praedicto et locis singularibus ejus, qui nesciat intelligere et proferre idioma seu linguam Boemicam generalem, quam scilicet Selavonicam dicimus. §. 2. Nisi tamen de speciali gratia clementia regia quibusdam, quos forte morum atque virtutum laudanda congeries vel peritia literarum redderet meritos sive dignos, officia ipsa duxerit concedenda.

O súdciach, rychtářích a vladařích.

O rychtářích, vladařích, súdciach, kteřížkoli v České zemi po rozličných městech mají ustaveni býti, aby nebyli jiného jazyka lidé, jedno opatrní Čechové věhlasní; lečby kaký byl cizozemec dobrý, vzácný a učený; ten z milosti královny mohl by ustanoven býti k úřadu.

XX. De recto judicio ordinando.

Ut rectum in regno nostro Boemiae ubique procedat judicium, et nulla relinquatur occasio a recto tramite deviandi, §. 1. sancimus, quod barones, in singulis provinciis de more solito ordinandi, tres in numero in officio majorum scabinorum seu justiciariorum vel correptorum, et ceteri nobiles eodem numero per loca singula (ut est moris) minores scabini praefigendi, §. 2. non ordinentur vel statuantur ita, quod duo ex eis tribus fratres existant.

O súdu a konšelech zemských.

Nechceme opustiti toho, než přiesně cheme, aby třie páni zemští každému kraji konšelé byli větší; a jiní menší urození mají ustaveni býti, aby nebyli jiného jazyku jedno Čechové; také aby šta dra bratry nebyla se třmi (čtřmi) v konšelství.

XXI. De proscriptis et usurariis, ne ad officia ordinentur.

Praesidentes ceteris debent sicut officio, ita honestate-vitae et moribus praesidere, vel saltē non in deterius diserepare. §. 1. Volunus ideo et mandamus, quod nullus proscriptus jam seu in posterum proscribendus, assumatur ad officium scabinatus, aut aliud quodlibet pertinens ad judicium. §. 2. Quod idem intelligatur de usurariis jam repertis vel alias notoriis et publice reputatis.

Kteří nemají v úřad voleni býti.

Všem psancuom, vyporčeným, zjerným licherníkům přikazujeme, aby nebyli posazeni ani přijemáni v konselské dno-stojenství.

XXII. De juramento officialium.

Quia parum prodesset jura condere, nisi quibus ea commissa sunt exequi, ordine debito fidelique sensu et animi maturitate procederent; et ut taliter procedendi illis materia praebeatur, et omnis iniquitatis occasio praecidatur, §. 1. constitutione praesenti providimus ordinandum: quod officiales sive magistratus omnes ad reddendum justitiam deputati, quacunque praeeminentia dignitatis aut administratione praefulgeant in regno nostro Boemiae, in introitu quisque officii sui, praesente populo loci illius, in quo debet facere residentiam pro judicio ferendo, (praecedente scilicet proclamatione publica), jurent sacrosanctis evangelii manu tactis, „se in timore dei et ad honorem et gloriam regiae majestatis Boemiae, statumque pacificum et tranquillum devotorum fidelium dicti regni, in decreto sibi officio fideliter cuicunque absque personarum acceptione ministrare justitiae complementum.“

O přísaze úředníkův.

Statečně ustavnjem, každý, k kterémužkoli úřadu bylby přirovnán, v tom městě úředniečím přirovnáný nebo poročaný, obecniemu lidu na svatém čtení aby osobní přísahu učinil, jakož obyčej jest, a zvláště aby nebyl osob přijímač.

XXIII. De burggraviis etc. dominis suis rebellantibus.

§. 1. Si quis burggravius seu castellanus castri seu fortalitii regis illustris, aut principis, baronis, vasalli regii, aut alterius cuiuscunque personae regni Boemiae, spiritu tantae rebellionis assumpto, praesumpserit domino dicti castri vel fortalitii, per se vel per alium

recuperare volenti castrum ipsum, contradicere, aut aliter quo cunque modo contra ipsius dominium rebellare: infamis effectus, omnium bonorum publicatione, proprietati domini dicti castri applicandorum, et ultimi poena supplicii feriatur. §. 2. Quem velut proditorem per quos cunque persequi et eapi permittimus et jubemus, assignandum propinquiori judicio, per quod poena praescripta plectatur.

O purkrabiech i o jiných svým pánm protivných.

Chezne z prvného našeho ustavenie, kterýžby se kolivěk purkrabie neb úředník, neb ktož kolivěk jiný pánu svému s hradem neb s úřadem protivil, neb hrad proti vuoli pána svého dělal neb opravoval, nešlechetností aby byl označen a sbožie īdřiliny jeho rlustnie aby proto na toho pána připadly.

XXIV. De residentia beneficiariorum circa tabulas terrae.

Morem laudabilem approbantes, qui non tantum antiqua consuetudine regni nostri, quantum etiam sacro scripto jure fulcit, quod magistratus jura reddentes residere jussit in publico: §. 1. edicto praesenti decernimus perpetuo observari, quod supremus camerarius et supremus judex seu czuda, annis singulis quater, semetim tamen quisque, scilicet circa officium proprium, debeant iudicio residere, quantum ad eorum cujusque spectat officium, justitiam quaerentibus reddituri, stateramque rectam gestantes in manibus, (memores divini iudicii, quod nulli omnino licitum est declinare, quia ea mensura remetietur eis, cum qua aliis duxerint mensurandum). §. 2. Nisi tamen ex causa, quae multae possunt contingere, regiae majestatis arbitrio reliquenda, alienus officialium praescriptorum residentiam specialiter duxerit suspendendam. §. 3. A quo etiam excepti volumus officiales eosdem, qui tempore residentiae fiendae predictae reperirentur vacare servitiis dictae regiae majestatis.

O sedání úředníkův u desk zemských.

Neopúštieme také toho řádu ustaviti z práva, aby každý úředník zemský, totiž komorník, sudí, na všaké léto z práva na každé suché dny k úřadům svým do Prahy přijeti měli, a súd, což se jich dotýče úřadov, aby súdili; lečby se kdy přihodilo, že pro královu pilnú potřebu některý z nich nemohlby být; to vynímáme a skrze to žalujíciem na jich právě nemá nic škodno být.

XXV. Quibus officia tabularum sunt conferenda.

§. 1. Suprema majoraque officia camerariatus, judicatura et notariatus terrae, per Majestatem regiam solo ipsius voluntatis arbitrio libero conferenda, personis tribuantur virtutum morumque gravitate perspicuis, in quibus morum vitaeque probitas et justitiae caritas inquiratur; dum tamen camerarius et judex ipsi supremi barones seu de baronum genere descendentes existant. §. 2. Et idem intelligi volumus de ceteris officialibus in regno constituendis ubique per nos, aut per quoscunque habentes auctoritate regia constituendi eos liberam potestatem; scilicet, quod moribus et virtute perspicui compositeque viventes, pacis et justitiae amatores, non diffamati, neque suspecti, praesidere quibuscunque officiis statuantur; qui tamen resident seu habitent et hereditates possideant in regno Boemiae praedicto.

O těch, ještěto jim úřadové zemští ot krále mají dání býti.

A my najvyššie úředníky zemské, komorníky, soudce a písaře, k našie vuoli svobodně máme ustanoviti a dáti tak, aby oni, komorník a soudce, byli z rádu panského. A tak i o jiných úřednících mocí královsí po Českém králorství ustanovených, též chceme mieti, aby byli urozeni v spravedlnosti a v mraviech i v můdrosti rozumní a na eti bez poskvrny zachovalí, jakož o nich právo káže.

XXVI. De residentia notariorum terrae.

Notarii terrae, sicut consuetudo bona diutinis longaevisque retro temporibus approbavit, residentiam facere volumus in castro nostro Pragensi.

O bydlení písářov zemských.

Jehožto také z staré paměti přivodíme, aby písáři zemští bydlenie své se dskami zemskými měli na našem Pražském hradě, a jinde nic.

XXVII. De tabulis terrae.

§. 1. Tabulae, quae per terrae notarium confici debent, pariter simul cum ipso notario teneri et servari in castro nostro Pragensi jubemus. §. 2. Nisi hae, quae forent super hereditatibus et causis finitis jam compositae, quas (ut moris fuit antiquitus) sigillatas prius, per supremum camerarium, supremum czudam seu judicem et burg-

gravium dicti nostri castri Pragensis, ac dictum terrae notarium, in sacristia cathedralis ecclesiae Pragensis volumus custodiri, nullatenus aperiendas, nisi praesentibus codem supremo camerario et terrae baronibus, ut est moris.

O dskách zemských.

Ey pilně přikazujem, aby dsky zemské, kteréž písárem zemským mají zřízené býti aneb zřízeny budú, chorány byly na hradě Pražském. A kteréž by byly dokonány, ty mají chorány býti pod pečetmi a zámkem najryššíeho komorníka, sudieho, písaře a purkrabie Pražského v zákríště kostela Pražského, a ty dsky nemají vyniemány býti, lečby při tom byli dříeve řečení úředníci, jakož jest obyčej.

XXVIII. De criminosis ad gratiam principis reductis.

Principalis clementia tali debet moderamine terminari, quod limes justitiae videatur protinus non offendii. Hoc igitur edicto perenni, deo propitio, statuimus: §. 1. Quod quandocunque reg'ae pietatis favor quemquam maleficium, utpote de latrocinio sive furto aut alio quoconque crimine annotatum, dignatus fuerit inspicere, et poenam personalem forte, seu bonorum publicationis, aut aliam cuiusvis generis (quam propter ea incurrisse de jure vel consuetudine regni nostri constiterit), gratiore remittere: non intelligatur idcirco nota infamiae, quam pro praemissis incurrisse dinoscitur, quoconque super hoc principis indulto emanato, remissa; §. 2. quin potius infamia ipsa criminosum hujusmodi, quem suis insigniis maculosis aspersit, demeritis exigentibus, comite vita non deserat, et ceteris recte vivendi speculum derelinquit.

O vypověděnci a psanci, pankhartu etc. královí milosti ke cti navrácení.

Sloviútně oznamujem, když bychom koho zlořečeného, zloděje, nebo pankhartu, kopřivce, vypovědence nebo usedance nebo kterakoli na cti potraceného z naší královské velebnosti ke cti dřevnie přivolali a jej naši milosti očistili: žádný jemu potom toho nemá vzdvihati; nebo po pohanění přijat jest každý věrný k milosti, když potom chce se uchovati.

XXIX. De pactis illicitis.

Detestandam nostris temporibus querclam plurimorum fidelium fide dignorum relatu audivimus, continentem, quod latrones sive

fures, aut alias publicorum itinerum violatores, (quorum sectas juxta limites regni nostri retro temporibus pullulare non paucas nec invalidas novimus, quasque, nobis gratia suffragante divina, Majestatis Nostrae vigilans cura et sollicitudo provisa tam salubriter quam potenter gladio ultiore justitiae in parte majori delevit et quasi radicitus extirpavit), quos per malefactores hujusmodi capi et depradicari contingit, non solum bonis eorum quae deferunt spoliant, ac etiam severitate crudeli concussi, captos ipsos carceribus et tormentis asperrimis affligentes, cogunt per violentiam atque metum secum pacisci, et pecuniarum summas pro facultate ejusque, et quod est gravius, ultra facultates etiam proprias, ut cruciatus intolerabiles fugiant, promittere et cum jure firmare, juxta certum statutum inter eos terminum ad malefactores eosdem deferri facere, vel portare, aut se personaliter ad dictos carcereis et tormenta nefaria reddituros. Quorum plures, alios prae timore, alios prae simplicitate nimia (opinantes, pactis hujusmodi illicitis et nefandis prorsus se esse in foro conscientiae sive jure astrictos), pactorum ipsorum fuisse intelleximus servatores. Huic itaque morbo pestifero, nos qui voluntarios labores appetimus, ut quietem subditis nostris acquiramus, salutiferae medicinae remedio pro futuris temporibus tam pie quam provide occurrere cupientes, praesenti constitutione perpetuo valitura sancimus: §. 1. Hujusmodi conventiones sive pacta, vel his similia, quo-cunque casu et inter quascunque personas, cujuscunque status vel dignitatis existant, per vim seu metum (qui tamen cadere possit in constantem virum), inita vel firmata, nullatenus non valere, nec in se continere alicujus roboris firmitatem. §. 2. Quae nos ex nunc, prout ex tunc, omni efficacia et viribus vacuamus, atque decernimus nullius prorsus fore substantiae vel momenti. §. 3. Et ut uberioris cautelae suffragium apponatur, adjicimus in mandatis, quatenus nulla persona, quaenamque occasione, suggestione sive causa seducta vel impulsa, quidquam solvere vel dare alicui, per se vel alium, vigore conventionis seu pacti alicujus ipsorum audeat vel praesumat, ne patrimonii sui injustum patiatur dispendium, et ceteris tam gravis erroris relinquat exemplum. (Nemini equidem venire debet in dubium, quod — sicut veneranda legum decrevit antiquitas — ea quae vi metu facta sunt, viribus non subsistunt, nec ligat exhibiti vinculum juramenti, quia super re illicta, nec gratis praestitum, sed extortum; et quia juris provida sancit anctoritas, ubi principali vitio non teneri, ibi accessorium nullatenus observari.) §. 4. Quod si quis reperiatur pro tempore contra hujus saluberrimae constitutionis mentem quidquam dictis furibus vel latronibus impendisse, totidem poenae nomine fisco nostro impendere sit astrictus. (Decet enim, ut excessum suum lhat improvidus, qui principis beneficium cognoscere recusavit ingratus, et praecelegit furibns et latronibus complacere, illorum forte conscius criminum, quam providentiac regiae pro com-

muni evidentique nostrorum fidelium dicti regni utilitate laudabilia instituta servare.) §. 5. Poenis aliis contra malefactores praescriptos de jure communi seu consuetudine regni nostri competentibus, in suo robore duraturis.

O nezřízených úkolech, najmiedz a šacoráni.

Umínili sme z našeho jistého ustavenie pevno držeti, ktožby kolirč od jiných překážky činících muzně moci a kvaltem jat nebo šacorán byl, žádnemu tomu aby se nestavěl, ani svého slibu plnil, ani jemu kterých úplatkov aneb šacunkov dával, se nebo své sbožie tudy vyplacuje; nebo práva chtie tomu, aby muzného slibu žádný držeti nesměl. Pakliby kto komu šacunku co dal, tolikéž do naší komory královské má propadnúti, protože se jest neradoval právu našemu ustavenému, a zlodějom pomoc a přičinu dal ke zlému.

XXX. De prohibito lusu taxillorum.

Gloria principis propagatur, dum subditorum patrimonium augendo servatur nec morum incompositorum lascivia dissipari permittitur; quid enim in principe glorus, quam subditos in vitae moribus habere compositos et in facultatibus locupletes et quietos? Sed non sufficit agenda agnoscere, nisi praesidentis auctoritas operoso subsidio curet ea executioni mandare. Sane consuetudinem male gratam, quae dici potius meretur abusus, in dispendium multiplex nostrorum fidelium regni nostri Boemiac diutinus observatam, siue accepimus, tollere penitus intendentes: edictali constitutione praesenti sanciendo mandamus, §. 1. Quod nulla persona, in quacunque parte vel loco regni nostri praedicti, quacunque occasione vel causa commota, audeat vel presumat cum taxillis vel ad taxillos seu alio argumento aut instrumento, cuiusvis lusorii generis ludere, vel (quod quidam dicunt incongrue) solatiari, eo modo vel forma, quibus res sive bona aut pecuniarum summae ludentium, per viam obligationis, contracti debiti, aliquando etiam juramento firmati, perdenda veniunt in ludum praedictum, licet non inter manus, ut communiter fieri assolet, (scilic. in pluribus mundi partibus), bona et pecuniae ipsae habeantur, sed in patrimonio proprio asserantur; et ipsum patrimonium obligando, super illo promittunt invicem perdendam pecuniam quantamecumque integraliter soluturos. (Ex quo coguntur plurimi lugere domestice, et unde piae et hilaris vitae suffragium sibi liberisque suis et ceterae familiae consueverat adhibere pacificus, inde moerores et egestates varias ex hujusmodi lascivis moribus suscipere compellatur improvidus; et deinde, quod dolendum est, penuria

impellente,, aliena misere quaerendo, subripere et vitam suam, nota gravis erubescētiae relictā posteris, vituperose finire.) §. 2. Obligationes, conventiones aut promissiones in easū hujusmodi aut simili initia vel quocunque modo firmatas, tanquam contra bonos mores factas, ex nunc prout ex tunc decernentes nullius fore efficaciae vel momenti. §. 3. Nec liceat se asserenti victorem in ludo praedicto ratione conventionum vel promissorum talium monere, requirere seu impetrare victimum et promissorem hujusmodi quoquomodo; nec ipsi victo ratione monitionis, requisitionis vel impetitionis ipsius, aut etiam absque eis, quidquam per se vel alium solvere, vel alias satisfacere de promissis. §. 4. Poena imminente victori, si solum petere vel monere praesumpserit, ut praefertur, et totidem pecuniae fisci nostri commodis applicandae, pro quota summa victum monere vel impetrare ausus erat; et ipsi victo, si solvere praesumpserit, ut praetangitur, ejusdem summae pecuniae, vel rerum forte solutarum aestimationis debitac pecuniariae quantitatis, dicti nostri fisci commodis deferendae. (Etenim etiam illum poena condigna debemus affligere, qui regiae pietatis gratiosa remedia infirmitati suae oblata spernendo non meruit obtinere.)

O záporovědi kostečné jhry.

Kostky nebo v kostky hranič i všecky jiné hry, kteréžto k zkažení nebo k ochuzení lidskému mohly by býti, i také nepočestné klamání zapovedáme. A jestližeby kdo na druhém dědiny nebo co jiného vyhrál, a ten se jemu projhrav zapsal plniti penězi, dědinami nebo jinými rěčmi, ten zápis žádné moci není ani má býti. Pakliby vždy z těch vyhraných peněz kdo upomínal, nebo právem jich dobýval, tehdy cheme z plné rāddy a z našeho ustavenie, aby ten neplnil, ktož jest prohrál. Pakliby proti našemu ustavení dal nebo plnil penize projhrané, ihned tolíkéž což dá, a ten což ot něho vezme peněz nebo jiného sbožie, do králový komory oba tolíkéž, propadlneta a pokutu k libosti naší uloženú trpěti mata bez milosti.

XXXI. Quomodo admittitur Iudus taxillorum.

§. 1. Licet permittimus ad taxillos volentes quosecumque, patratam pecuniam tantum deludere §. 2. mutuum vero nonnullum contrahere in ipso ludo, ultra unicam sexagenam grossorum, in pecunia scilicet numerata, non aliter. §. 3. Qui contrafecerit, dans mutuum perdat illud, et tantundem fisco nostro poenae nomine sit astrictus; recipiens autem tantundem similiter nostrae camerae poenae nomine solvere teneatur, nee respondere cogatur mutuum concedenti ultra præscriptam pecuniae quantitatem.

Kterak dopuštěna jest hra v kostky.

Řekli jsme svrchu o kostee; vicec díme, že hry nynie dopuštieme hráti v kostky neb v jinu hru toliko do kopy grošov; ale na žádné dluhy ani na pojíčky. Pakliby kdo komu vicec prohrál na který dluh, a on jeho z toho upomínal, nemá jemu vicec plniti nežli kopu gr. A což jest vicec toho dluhu prohraného a on onomu plnil mimo tu kopu, tolíkéž nám do naší komory ten kdož plní má propadnuti a tolíkéž kdož berě vicec mimo kopu projhraných peněz, a oba v pokutu upadneta a v nemilost naší královské.

XXXII. Ne bona fidelium in manus mortuas transferantur.

Nostrorum fidelium bona et jura quaecunque sistentia infra limites regni nostri, (quae cuncta sub regiae ditionis dominio, quae-dam scil. immediate, quaedam vero mediante alio, licet diversimode, non est dubium teneri), ad honorem et statum regiae dignitatis, dictorumque fidelium commune compendium, et secundum forte causus futuris temporibus emerentes, subsidium et levamen teneri et servari decrevimus; ne etiam forte servitia, regiae camerae ex dictis bonis praestanda, nobis aut successoribus nostris regibus futuris illustribus pro tempore pereant, neve devolutio bouorum eorum ad eandem cameram regiam in casibus debitibus, qui possint contingere, quomodolibet valeant circumscribi; et ne personarum obsequia, inhabilitate quacunque, in quas forte bona ipsa translata fuerint, nostrae majestatis regiae necessitatis aut opportunitatis tempore dengentur. Hoc igitur edicto perenni sancimus. §. 1. Nemini cujuscunque status, praeeminentiac vel dignitatis existat, nobili vel plebejo, licere bona sua quaecunque infra dicti regni confines sistentia, communiter vel divisim, quacunque ratione vel causa, donare, vendere, transferre, seu alio quoque alienationis titulo permutare, in personas, loca sive collegia, seu manus mortuas, vel alia quaque genera locorum vel personarum, quae immediate in personis et bonis non possint de jure servire atque parere regiis ordinationibus et mandatis; §. 2. Quibus etiam a seculi hujus vita migrantibus, non possint libere, obstante forte privilegio vel alia libertate quacunque, in casibus debitibus de consuetudine regni permisis, bona ipsa devolvi et devoluta teneri et administrari per regiam cameram sive curiam suprascriptam. §. 3. Bona vero, quae taliter contra praesentis constitutionis seriem seu mentem translata reperirentur, vel de quibus transferri exstiterit ordinatum, licet nondum realiter translata fuerint, intelligantur ipso jure nostrae regiae camerae confiscata.

Aby dědiny neb sbožie služebníkův králových v ruce mrtvých nepřipadlo.

Ižádnému manu, služebníku neb nápravníku niemá příslušeti, aby dědiny sré služebné, manské nebo nápravníči k službě České koruny přislušejiece vzdal, prodal nebo zapsal neb směnil osobám mrtvým (osobě ihned budúci, nebo ta osoba druhé dáti nemuož) totiž v zádušie nebo kostelním vlastařuom k věčnosti i všem jiným, ještoby snad pro nehodnost svého života z těch dědin služby králové zastávat nemohli. Pakliby kdo učinil neopatrne bez králové vuole a otpuštěnie, žeby dědiny sré zapsal; dal, prodal nebo směnil dielně nebo všecky: tehdy jeho dědiny jmenem pokuty do králové komory mají připadnati, a král má z nich zpousobiti a je tak osaditi, aby jemu a budúciemu králi s nich mohla služba jítí.

XXXIII. De cōspiratoribus.

Regiae nostrae majestatis caritas, quam erga regnicolas fideles nostros incessanter habemus, voluntarios nos impellit nocturnis vigiliis diurnisque solertiis diligenter inquirere, quae illis possunt ad quietem proficere et ab inimicorum dissidiis et violentis incursibus praecavere. Dudum equidem inter principes et barones regni nostri inique compertimus observatum, quod ex eis quidam, inimico humani generis suggestente, conspirationes, ligas seu confoederationes illicitas iuvicem faciebant, easque cum literis et jure saepe vallabant. Quorū occasione rancores et odia inter eos et principes et barones alios circumstantium regionum orta, quandoque caedes, ruinas, incendia, et alia quaeque dissidia rerum et personarum utrinque fructum pestiferum pariebant. Quod nos non solum praecidere, sed radicitus cyclere molientes, sancimus. §. 1. Nullam omnino conspirationem, ligam seu confoederationem vel jurationem inter quocunque principes vel barones seu magnates dicti regni, quacunque occasione vel causa, contra quamcunque personam aut locum vel universitatem, vel alias quocunque modo in genere vel specie, literis aut jure firmatam, sive etiam absque eis, fieri debere vel in posse, absque regiae majestatis expressa conscientia vel mandato. §. 2. Qui vero contra mentem praesentis constitutionis conspirationem vel ligam hujusmodi fecisse vel iniisse reperti fuerint, quique ad haec consensum praestiterint, consilium vel favorem: ipso facto regis indignationem se noverint incurrisse, et a regis gratia se suaque omnia realiter dependero.

O zúpisiech neřádných a o šibalech.

Staťeně chceme a ustavujem tak, aby páni, rytíři, vlastky, panoše, měšťané, sedlaci a jiní kteréžkoliv osoby lidé žádných

přísah, tovařistvie, jinak šibalstvie sobě nezapřisahovali, ani kterých zápisov zvláštniech v zemi naší České nečinili a tím spravedlnosti aby netupili; lečby opatřeno bylo naší vólí nebo našich budúciech králov českých. Pakliby kto zlovolně ršetečný proti našemu ustavení učiniti směli, osobami svými i s svým sbožiem ot naší milosti padnúti mají.

XXXIV. De eodem.

Consimilis quasi morbi labem pestiferam tollere, et ex toto corpus egregium regni nostri purgare cura sollicita cupientes, decrevimus §. 1. nulli omnino nobilium aut plebeorum seu villanorum, vel alterius cuiusvis generis personarum, (quod aliquando turpiter factum fuisse comperimus), quacunque ratione vel causa conspirationem vel ligam seu confoederationem vel conventionem aliam cum aliquibus facere vel inire, contribuendo simul pecunias vel res alias, in mortem alicujus certae personae, vel aliter quoquomodo in genere vel in specie, licere facere vel inire, aut attentare duntaxat. §. 2. Qui autem contra fecerint, et qui contra facientibus consilium praesterint vel assensum vel føyorem: ipso facto regis gratiae sint commissi. §. 3. Si vero mors hominis inde causata fuerit, bonis eorum omnibus confiscatis, capitis poena plectantur.

O témaž.

Vyrekše prvé o zápisiech a o tovařistré ve zlém, nynie také ustavujem všem kteréhožkoli stavu lidem, aby přísah mezi sebú nemeli šibalských a peněz na to neslávali ani sbírali; snad kdyžby se přihodilo, žeby koho zvlášnie nebo šibalsky zabili, aby těmi penězi složenými úkladně jeho zaplatili. To zapoviedáme pod naší královskí milostí. Pakliby kto zabity těmi penězi byl zaplacen nebo otložen: tehdy ti všickni, ktož jsú k tomu ty penize přidávali, hlavy stětie trpěti mají, a sbožie jich do královych komory má připadnúti.

XXXV. De incendiariis.

Superbiā, divinitati semper exosam, clementiae nostrae detestatur ascesus, et regiae auctoritatis nostrae treñenda potestas cogere debet eos esse pacificos, quos elationis vitium excitat inquietos. Praesenti itaque edicto jubemus, §. 1. Quod si quis barita divinum contemnens judicium, nostraeque justitiae non reverens dignitatem, cum banderia, manu armata, in alterius baronis terram cucurrerit, illamque in totum vel in partem incenderit, per se vel alium seu alios, aut tantummodo absque incendio cum banderia currenit, vel absque banderia currendo incendium fecerit, ipso facto regis gratiae commissus esse noscatur, satisfacto prius incensis ta-

libus et damna passis ex integro de bonis et rebus incendiarii supradicti, aestimatione congrua praecedente. §. 2. Prius enim intendimus passos injuriam atque dispendia justae restitutionis compendio recenseri, quam fisci nostri commoda procurari. (Tunc enim thesaurus noster augetur, cum fidelibus nostris et subditis sine cunctatione justitia ministratur.) §. 3. Et quod supererit ex bonis et rebus ipsis jam commissis, fisci nostri compendio devolvatur.

O žhářích.

Pakliby kto pán, rytieř nebo panoše, brannú a odění rukú s korúhví nebo s praporcom druhému pánu neb jinému v jeho zemi běžal, nebo bez korúhve vražedlně přižena sžchl nebo spálil nebo skrze jiné spáliti zjednal: proto v naši královskú nemilosť s tiem se všiem, což má, beze vši výmluvy upadnúti má; a z svého bytu nebo sbožie má třm dosti učiniti, komužby jest skrze oheň škodu učinil, a zbylo-liby co mimo to, to má do naši královské komory přijeti.

XXXVI. De divisione hereditatum vel aliorum bonorum communium.

Altercationum materiam plurimarum, quam in sacro auditorio nostro vidimus frequentari, provisione nostra tollere volentes, sanctimus: §. 1. Quod fratres consobrini, aut alii quicunque sanguine vel affinitate conjuneti, vel prorsus extranei communem hereditatem habentes, volentes a communione secedere et partes quisque proprias habere, divisionem hujusmodi solemniter debeant celebrare, §. 2. Videlicet: Principes vel barones coram Regia Majestate, aut si praeelegerint barones ipsi, coram tribus baronibus scabinis seu iustitiariis vel rectoribus illius provinciae, infra eujus limites hereditas ipsa sita aut pars potior ipsius reperietur. §. 3. Nobiles vero alii coram tribus nobilibus scabinis ejusdem provinciae situatae hereditatis. §. 4. Ceteri vero plebeji vel oppidani coram judice civitatis illius vel oppidi, infra quam vel ejus pertinentias est dicta hereditas situata. §. 5. Extra vero alium praedictorum modorum divisionem aliquam alleganti, velut non legitime factam, nulla probatio admittatur, nec divisio aliqua facta credatur, sed pro communione alleganti judicium sine dilatione feratur.

O dělení sbožie nebo dědin.

Potřebic jest, aby každý věděl, před kým má rozdiel sruoj dědin bráti: Najprv před králem a před jeho radlú, druhé před pány a před konšeli zemskými, třetie před úřadníky zemskými,

toho dskami potvrdě. Pak jiní menší berú rozdiely své před svými pány nebo před rychtáři neb před konšeli v súdiech zahájených.

XXXVII. De regina Boemiae secundo nubente.

Humanae considerationis discreta provisio ex actis praeteritis futuris ordinationibus sumit exemplum; et tunc potest venturis casibus remediis opportunis occurtere, si quae praecesserunt similia, voluerit diligenter inspicere. Dūdūm siquidem illustris quondam regina Boemiae, rege marito suo defuncto, relictis liberis in regno ipso successivis, matrimonio secundo se junxit cuidam baroni regni praelibati; cujus occasione quanta in regno ipso superyenere dissidia atque dispendia, regni ipsius scissio enormisque jactura, putamus ex causa sanctius subticere, quam literarum praezentium historico sermonē vulgārē. Sed ne iterum causa fluctuosi periclitantisque maris pelagum generosa regni nostri navis introeat, sacra constitutione praesenti providimus ordinandum: §. 1. Quod si in posterum quando-cunque illustrem reginam Boemiae, coronatam scilicet et, ut decet et moris est, sacraunctione linitam, viduamque relictam, secundo nubere alicui principi vel baroni, aut cuicunque regnicolac dicti regni contingat: regina ipsa a jure dotalitii sui ipso facto cadat, et a regno praedicto exilio perpetui poenam portet. §. 2. Qui vero regnicola taliter eam uxorem habere praesumperit, eadem exilio poena plectatur; quam protendī in generationem tertiam tēmērarii sanguinis sui per lineam descendantem inclusive volumus et jubemus. (Meriti sunt etenim regni solatio et habitatione privari, qui regnum a periclitacionibus variis, desolationibus et scissuris non curarunt tutum debite prae-servari.) §. 3. Ubi vero cuicunque alteri quam regnicolae nupserit, dum tamen principi generoso, ipsius reginac honorificentiae et statui digno nubat (quod sibi libere permittimus), receptis atque reductis locis et terris sibi pro dotalitio assignatis in potestate atque custodia succendentis legitime in regno praedicto, decem millia marcarum argenti reginac praedictae pro dotalitio suo assiguentur; vel si magis elegerit rex ipse succedens, dictarum terrarum atque locorum redditus sive fructus ad vitam suam, deductis sumptibus, tribuantur.

O králové České, kteráž se podruhé vdává.

Udá-li se králové České korunované, mazané, a to proti právu, kterého pána zemského pojieti, tehdy chceme a ustavujem, aby ona svého věna, kteréž ot krále má, všelikterak prázdná byla, a na budúcicho náměstka to připadnuti má; u ona má z královstvie Českého věčně vypovědiena býti. A ten, ktožby ji směl pojieti, má také se všemi přirozenými do třetieho kolena

tuž výporěd z země trpěti. Pakliby které knieže královu pojal, má ji ven do své země vzeti a rěna jejeho požievati, dokudž by mu král Český deset tisícov hřiven stříbra nedal za rýplatu rěna jejeho nebo méně, jakžby bylo ujednáno.

XXXVIII. De coronatione regis et reginae.

Decorem regni statumque pacificum nostrorum fidelium diligentia qua possumus inquirere non cessamus; nec posse credimus labori succumbere, cum deo juvante cuncta semper disponimus ordinanter. Quanta possunt evenire pericula, quantaque oriri dissidia regni solo glorio vacante, quis sanac mentis ignorat? Tunc veluti pastore seducto de medio, grex insolita libertate disgradiens, insidianum luporum faucibus carpitur et ovile relictum faciliter dissipatur. Hoc igitur edicto perpetuo providimus ordinandum: §. 1. Quod succedentes pro tempore in regno Boemiae singuli futuri reges illustres, infra sex menses continuos a die successionis inantea numerandos, debeant vocatis principibus, baronibus, nobilibus et universitatibus dicti regni, omni condigna solennitate servata, ut moris est hactenus, regale diadema per manus sacras Pragensis archiepiscopi, aut praelati alterius, (Pragensis ecclesiae sede forte vacante, vel ipso archiepiscopo renitente, aut alias inhabili existente), omnino felici suscipere, et in regem gloriosissime coronari; §. 2. Et infra tantudem temporis spatium illustrem consortem reginam, quandoenque et quotiescumque regem forte contigerit matrimonio copulari, diadematis similis faciant insigniis coronari. (Decet enim, ut quos providentia divina conjunxit in unum, unius etiam honoris et gloriae suscipiant incrementum.)

O korunování krále českého.

Nynie budúciem králem Českým ku paměti přivodíme: kuždý od přijetie královstrie v šesti měsieczech srolaje pány etc. od biskupa Pražského, nebo kdyby snad stolice prázdnila biskupská, tehdy od jiného biskupa neb preláta šťastně má korunu a numazánie přijeti královské. A v též času i králova, kolikrát by potřebie bylo, korunu i duostenstvie přijeti má, a v duostenství aby se radovala s králem svým.

XXXIX. De ferro candente et aqua frigida.

Errorem gravissimum, sanctissimae religioni christianaee contrarium ac obnoxium statui et quieti devotorum nostrorum fidelium, de medio gregis populi christiani regni nostri Boemiae penitus ex-

stirpantes, sancimus: §. 1. Nemini omnino licere juxta limites dicti regni ferri cudentis vel aquae frigidae experimento uti, aut alio genere experimentorum similium, vel inducere ad utendum quacunque occasione vel causa, commissi forte criminis, violentiae in virginem vel adulterii, sicut aliquando factum fuisse comperimus, aut alias quovis modo exquisito. §. 2. Poena imminentia contra facienti, aut illi consilium vel favorem praestanti, post infamiam, bonorum omnium publicationis in fiscum; et ubi personaliter capi possit, (quod fieri cuicunque nedum permittimus, sed jubemus) incendio sive aqua, prout in altero ipsorum deliquerit, finem turpissimum faciat vitae suae. (Qui enim dei omnipotentiam tentare praesumpserit, et illius occultum judicium deridere, proximum suum per naturae contraria cogendo perire, dignus est merito, naturalis hujus vitae solatio non gaudere.

O železu horúciem a vode.

A zakazujem i priesuňe přikazujem a zapoviedáme, aby všetci tě příslahy pohanské, totiž skrze železo horúcie a na vodu puštěnie, nepožívali o žálmí rč, a tudy Boha, svého tvorce, nepokúšeli, buďto o únos neb o podávenie panen etc., než žíti byli, priesúhna Bohu, neb skrze Bohu priesuhajieec, (neb jest on svrchované dobré); pod pokutú zbarenie jeho sbožie a pod hrđlem, nebo pod ohněm neb pod utopeniem neb kterým jest hřiechem shrešil proti svému bližniemu.

XL. De tabellionibus contra prohibitum conscientibus instrumenta.

Nostrorum fidelium querela frequens aures clementiae nostrae pulsavit, quod in regno nostro Boemiae notariorum seu tabellionum publicorum numerus longus, scientia tamen et artis peritia summe brevis, subditorum nostrorum in opinata causat incommoda, versutiis, fraudibus aut erroribus gravibus locum praebens; tandem rancores parit et odia, et suscitat saepc discordias atque rixas, per quae fidelium eorundem facultates labuntur, ac ipsi necessitates varias et aerumnas pati coguntur. Quod nos, qui subditorum ipsorum statum pacificum assidua meditatione semper inquirimus, nec immerito moleste ferentes, hac salubri ordinatione sancimus: §. 1. Quod nullus omnino, se dicens notarium seu tabellionem publicum eujuscunque regis seu principis, aut alterius eujusvis personae, habentis quantumcunque legitimam potestatem, auctoritate creatus notarius publicus vel tabellio, audeat vel praesumat officium sive artem notariatus seu tabellionatus publici quomodolibet exercere infra limites dicti regni,

nisi prius per nostras aut successorum nostrorum Boemiae regum illustrium, qui pro tempore fuerint, patentes literas, sigillo pendentia majestatis regiae impresso typario communitas, meruerint exercendi licentiam obtinere. §. 2. Acta vero quaeque contra constitutionis hujus seriem per dictum notarium, notae forte sumptae, vel instrumenta confecta, ex nunc prout ex tunc, nullius valoris esse decernimus vel momenti; ipso nihilominus temerario ausu contrarium faciente, velut falsario, puniendo. (Quos enim regiae majestatis examen duxerit approbando, non est dubium, eos providos et peritos esse repertos.)

O pisařech obecných.

S paměti pokládáme, aby žádný pisař obecný nebo jiný pisař od desk přísežný, snad jsa publice strořený v našie České zemi, i což pod naši korunu slušie, skutkör žádných, listov, instrument i jiných zápisuov činiti nesměl, lečby skrže ny nebo naše náměstky hodnost a potvrzenie přijal, a naše listy na to s pečetmi neb sekretem na potvrzenie měl; jinak cožby kolivěk redl nebo psal, to za nic cheme mieti a žádné moci nemá mieti, a jakžto nad falešníkem má pomštěno býti.

XLI. De recognitione fienda per principes et nobiles novo regi.

Regalis diadematis nostri nobilissimam partem, clarissimorum principum regni nostri Boemiae feuda, regiae mentis arcano volumus servari praecipua, et congruentis cautelac suffragio providere, ne qua in posterum super eis possit dubietas occurrere, aut incertitudo quaelibet alternandi materiam generare. (Siquidem nihil est gratius, quam humanis rebus semper adhibere cautelam, quae si non sit necessaria, non gravat esse superfluam.) Praesenti itaque lucida lege sancimus: §. 1. Quod quilibet princeps, marchio, dux et vasallus, et quicunque alins inferior nobilis feudarius regni nostri praedicti, singulis successoribus nostris legitimis Boemiae regibus futuris illustribus, infra annum continuuin, numerandum a die successionis in regno cuiusque regum ipsorum, §. 2. Et quotiens etiam dictos marchiones, duces et vasallos aut inferiores nobiles feudarios moite interire aut mutari continget, infra consimilem annum a die mutationis hujusmodi continue numerandum, terrarum atque castrorum, dignitatis aut honoris, et generaliter bonorum omnium atque jurium, quae tenet vel possidet infra limites dicti regni, recognitionem debite faciat, et ab eis insefudationem recipiat, et praestet personaliter fidelitatis debitae sacramentum; si tamen reges ipsi eodem anno degerint in regno praedicto. §. 3. Alioquin si absentes exstiterint, debeat

hujusmodi princeps, marchio, dux vel vasallus, aut inferior nobilis feudatarius, infra eundem annum coram capitaneo generali regni praedicti solemniter protestari; et infra sex menses continuos a die reditus regis taliter absentis in regnum in antea numerandos, recognitionem, inseudationem et juramenti praestationem praedictam decenter implere. §. 4. Nisi fortasse marchiones, duces et vasalli, aut inferiores nobiles feudatarii, extra terram sine dolo forent absentes; quo casu volumus, ut a die reditus ipsorum ad patriam infra tempus semestre in praesenti constitutione expressum ad debitam consummationem dictorum omnium teneantur. §. 5. Quod si quis ex dictis principibus, marchionibus, ducibus et vasallis aut inferioribus nobilibus feudatariis praemissa facere non curaverit: transactis terminis suprascriptis, rex praedictus, qui tunc exstiterit, vel dictus capitaneus generalis, possit et beat ad manus regiae majestatis recipere jura et bona praedicta quaecunque, tenenda et servanda per eum, donec praemissa omnia et singula fideliter impleta fuerint. (Per hanc enim ordinationem nostram et jura nostra redundunt illaesca, et dictorum clarissimorum principum, marchionum, ducum et vasallorum ceterorumque nobilium dignitates et bona magis certa et regalis auctoritatis protectione secura.)

O přiznání kniežat a pánov k novému králi.

Pamatujem, aby všichni, markrabie, vévody, knížata, páni, manové menší i větší, v roce a ve dni ote dne korunovánie krále pořítajice manstrie ot krále přijali. Pakliby snad krále nebylo, tehdy před kapitánem ty časy země České se přiznali; a po navrácení krále do země v šesti měsících přijedouce mají svá manstvie s přisahú přijicti. Lečby svrchu řečených kniežat nebo pánov ty časy v zemi neb v bydlení jich nebylo, tehdy po vrácení jich do země podle času, jakož se svrchu jmenuje, mají to dokonati. Pakliby kto z dřive jmenovaných toho naplniti nedbal v těch časech jmenovaných, tehda dřive řečený král nebo kapitán obecní, kterýžby za toho času byl, mohlby a má v ruce Králové Milosti vzeti práva a sbožie všelikaká skrze něho držená, dokudžby dřive jmenované vše všecky spolu spravedlivě nebyly naplneny. (Skrze to naše ustavenie práva nuse jsú nepoškvrňna, a sbožie a vše čisté dřive řečených a z moci a pomocí královy jistějšie.)

XLII. De citationibus contra regem.

Licet humano iure princeps legibus sit solutus, et cunctos populos sibi subjectos habeat judicare, et a nemine ipse judicetur:

quia tamen digna vox est majestate regnantis, alligatum se legibus principem profiteri. (quod etiam per praedecessores nostros Boemiae reges illustres observatum fuisse comperimus), praesenti constitutione decernimus: §. 1. Quod si quis quandoque forte a nobis vel successoribus nostris Boemiac regibus illustribus, qui fuerint pro tempore, reputaverit se gravatum, seu causam ullam se velle dicat intentare nobiscum: tunc supremus camerarius et barones sive kmetones de causae vel gravaminis meritis diligenter et libere inquirentes, demum quicquid justum repererint, prounncient vel decernant; §. 2. Qnorum pronuntiationi et decreto stare et contentari rex ipse, sicut et subditus vel querelans de benignitate regia, teneatur. §. 3. Decore tamen et honestate regiae dignitatis in hoc specialiter reservatis, quod nulla prorsus praemissorum occasione, vel alio quocunque modo excogitato vel via, contra personam regis citatio vel vocatio aliqua personalis emanet, sed contra officiales suos, qui ad hoc exstiterint deputati, procedat. (Per hoc enim et splendor justitiae, quem ubique in regno nostro lucere singulariter conspicuus, purus servabitur, et clementiae nostrae zelus, quem ad justitiam gerimus, piis operibus insignitur.)

O pôhonicach proti králi.

A kakž kolivček král pro duostojenstrie své vyňat jest z súdov v zemi sré, aršak aby pravda se šířila: komorník najvyšší (purkrabie Pražský), a páni a knězoré České země mají žalujicemu na krále spravedlnost učiniti, a král jich nález i ortel z sré milosti zvláště trpěti má; tak, aby žádného úrazu na srém duostojenstvie a na své osobě netrpěl skrze jich otsúzenie, ale jeho úředníci aby to splnili a trpěli, kdož jsú na to vydání, z jeho statku a sbožie, a král jim má to beze lsti a přísně přikázati.

XLIII. Ut rex non citet quemquam.

§. 1. De consuetudine laudanda processit, quod ut regiae dignitatis supremum deens ab omni indecentia servetur illaesum, nulla debeat in persona regis contra quoscunque citatio emanari. §. 2. Sed cum casus emerserit, utpote de juribus regiis occupatis, vel alia querimonia privatarum etiam personarum, sub nomine judicis curiae regiae procedat citatio, quae terminum competentem assignet citatis ad comparendum coram majestate regia, sicut illa duxerit ordinandum. §. 3. Si quis forte nobilis vel alius quicunque contra majestatem regiam vel homines suos excesserit, possit per literas regias tales excedentes publice facere per fora proclaimari, quod certo termino compareant in curia regis; §. 4. De quibus tamen defectibus regem tangentibus barones seu kmetones juxta solitum judicabunt.

Král nemá puohonem býti.

Slično chceť mieti, aby od osoby králový žádny pohnati neměl ani mohl, než přihodilo-liby se v králových právech překuženie aneb žeby dědiny drženy byly nebo z věci jiných obecných šla by žaloba nebo bylo žalováno, pod jménem dvorského sudskeho pohon má vyjjeti. Pakliby kdo proti králi které rěci nebo dědiny držal, tehdy dvorský sudi má je kázati prorolati, a rok z práva prodlený tomu prorolání i srchu jménovanému puohonu uložiti a podle obyčeje, což králc dotýče, páni a kmetové mají súditi.

XLIV. De prolatione termini per iudicem.

Sicut observatum reperimus antiquitus, statuimus, ut si quando iudex terrae, in testimonium duorum vel plurimorum, alieni in quaenam causa terminum de certa scientia assignaverit, aut ad postulationem alicujus dilationem concesserit: tantam efficaciam et vi-gorem censeatur habere hujusmodi terminus, licet unicuius taliter assignatus, quantum trina publica proclamatio per trium dilationum debita et consueta intervalla in foro publice facta reperiaretur habere.

O prodlení roku sudím daném.

Kdyžby sudí komu rok přede dréma nebo přede třmi nedělní z svého jistého rědomie o kterúžkolí rěc nebo ku prosbě rětšie prodlenie dal nebo puojčil: taká moc měj rok ten jeden, jakoby se troje provolánie stalo trhem.

XLV. De regni defensione.

Munitio quaque bellica tractanda semper est mente quieta, quia tunc male quaeritur, cum jam imminentibus hostibus necessaria judicatur. Itaque futuris eventibus praecavere volentes, et subditorum nostrorum fidelium securitatem et pacem, quas illis nostris temporibus multo labore quaesitas feliciter deo juvante contulimus, illaesas a cunctis hostium violentis ineursibus praeservare: edicto praesenti providimus ordinandum, sicut ex institutis antiquis regni nostri Boemiae jam comperimus observatum: §. 1. Quod si quando contingat hostes regni nostri praedicti metas invadere vel intrare, tunc indifferenter omnes, tam principes, barones et nobiles sive vladikones, quam etiam cives et oppidani, imo populus universus regni, juxta ordinationem regiam et mandatum, debeant armata manu circa metas ipsas potenter assistere septimanis quatuor, sumptibus

propriis et expensis, patriam propriam viriliter defensuri. §. 2. Si tamen ultra quatuor septimanas eos defensioni regni expediret intendere, tunc eo tempore duntaxat, quo ultra septimanas ipsas quatuor vacaverint defensioni praedictae, liceat eis de bonis et juribus regis tantum recipere et non ultra, quantum eis et equis eorum sufficiat ad expensas.

O obraně království Českého.

Také přihodilo-liby se kdy, žeby nepříjetelé v zemi vpadli, tehdy všechna kniežata, páni, šlechtici, rytieři, vladyky, měšťané i všecken obecný lid mají hned brannú rukú jeti a jieti z přikázanie a řečenie králova až na mezi českú. A tu mají trvati brániec meze čtyři neděle na svuoj náklad a o své ztravě. Pakliby do tej chvíle trvati nemohli (pakliby déle tu trvati nemohli), tehdu potřeb mají sobě dobyti na království tolíko sobě a koním, a nic vicee.

XLVI. Ut tempore guerrac non exeant regnicolae extra terram.

Ad defensionem patriae quisque debet singulari quadam caritate prospicere, et personam suam cunctis objectare periculis, ne patriam suam lácerandam relinquat extraneis. Hoc igitur edicto jubemus, §. 1. Quandocunque regem Boemiae sive regnum ipsum contingat guerram habere, nullo omnino regnicolac quacunque ratione vel causa licere exire limites dicti regni, nisi hoc de certa scientia dicti regis processerit et speciali gratia vel mandato. §. 2. Quod si quis exire praeceperit, bonorum omnium publicatione mulctetur.

Aby zemané v války z země nevycházeli.

I také ustavujem tak, že kdyžby válka proti české zemi byla, tehdy žádný zeměnín není z země jieti, dokudžby ta válka trvala, lečby zvláště odpuštěnie od krále obdržul. Pakliby kto směl z země vyjeti všečeňostí, tehdy sbožie svého a dědiny, kteréžby měl v království Českém, ohlasně zbaven má býti.

XLVII. Ut servi tempore expeditionis a dominis suis licentiam non petant.

Nulli omnino licere permittimus, sed protinus inhibemus eujus-¹⁵cunqne domini servitori expeditionis jam proclamatae tempore licentiā petere a domino suo, quacunque ratione vel causa, expeditione ipsa durante, contra sui domini voluntatem.

Panoše neb služebníci v čas válečný otpuštěnie neberěte ot pánoў.

Líbi se nám i ustavujem, aby žádný v provolání války na vojnu od svých pánuov otpuštěnie nebral, dokudžby ta válka stála, proti vuoli jeho pána, neb by to bylo proti každého cti a vieri.

XLVIII. De Boemis servientibus extraneis dominis.

Quia saepe contingit, (quod ex magnanimitate procedit), barones aut nobiles vel wladykones regni nostri Boemiae certis dominis vel amicis eorum in diversis mundi provinciis extra regnum ipsum commorantibus, cum stipendiis, aut sine, in armis servire: praesenti constitutione sancimus: §. 1. Personas hujusmodi cuiuscunque promissi vel conventi servitii ratione vel causa terrae Boemiae publice vel occulte, tacite vel expresse, per se vel alium nullatenus nocere debere. §. 2. Quod si quis et cuiuscunque status vel conditionis existat, pro tempore contra fecisse repertus exstiterit: bonis omnibus confiscatis, velut patriae propriae regnique aemulator et proditor, capitali sententia feriatur.

Čechové neslužte cizozemcům.

Ey opět za právo vyřekáme, kterýžby kolivěk Čech nebo zeměnín v službě nebo na žoldě byl neb slúžil v ciziech zemích, aby pro žádní věc i skrže žádnú výmluvu s svým pánum proti České zemi nebjíval; pakliby to zrušil, má za zrádci vědien býti, a sbožie jeho a hrdlo na královú milost připadnúti mají.

XLIX. De juribus regiis silvarum.

De juribus silvarum nostrarum regni Boemiae, quarum densitas arborumque admiranda proceritas non inter minimas particulas regni gloriae est notanda, tam pie quoad fideles nostris silvis ipsis convicinos, ne ille forte litigare nobiscum et sumptibus ac laboribus gravari cogantur, quam provide quoad regalia jura nostra servanda disponere intendentes, morem priscum, sicut accepimus, specialiter etiam in hoc imitantes, sancimus: §. 1. Quandocunque nobilis aliquis sive cliens causam cum nostra curia super metis silvarum habere contigerit, tunc pro parte regia producantur novem silvani seu servitores, pro parte vero clientis totidem nobiles vel clientes; §. 2. quibus in praesentia purggravii nostri aut villiei regionis illius constitutis, adhibitis etiam duobus vel uno saltem militibus ad hoc specialiter commissariis deputatis per regiam majestatem, et loco

causae seu litigii per eos diligenter inspecto, ipsi purggravius aut villicus et milites informationes omnes, facientes ad materiam cau-
sae, diligenter recipiant, et si possunt debite concordare, fodi fa-
ciant magnos acervos et terminos stabiles atque notos infigere;† per
quos causa ipsa sopita, nulla in posterum relinquatur occasio liti-
gandi. §. 3. Si vero non possent debite concordare, tunc sorte data
per purggravium seu villicum supradictos, tres ex productis novem
testibus supradictis, quos sors ipsa elegerit, super dubiis causae, jurati
prius, ferant testimonium veritati; secundum quod judicium dirimatur,
et ponantur acervi vel termini juxta testimonium corundem. (Taliter
etenim et juri nostro consulitur, et fideles nostri longis dispendiis
non gravantur.)

* * * * *

O právě králových lesuov.

Vše to pevně postavujem, kdyžby se mezi kým o jeho lesy
a o naše meze svár stal a ztrhl; tehdy od nás má povoláno
býti devět hajných nebo služebniciuov a s druhé strany tolíkéž
devět panoši neb vladyk, a před vladařem nebo lovčiem toho
kraje, přivolajec k tomu jednoho nebo dva rytieře, otpuštiemy
to vedle jich svědomie, a v jistém ohledání lesov a mezi meze
a hranice a kopce znamenitě mezi našimi lesy a jeho učiniti.
Pakliby snad nemohlo tak dokonáno býti, ale z těch derieti tří
z našich a tří z toho našeho súpeře losem vybraní podle roz-
kázanie toho lovčieho neb vládaře a těch, kteriež jsú k tomu
přivoláni, majie pod přísaží ty meze, hranice a kopce učiniti
a to osvědčiti pro paměť a tvrdost lepší.

L. De incisione silvarum.

Silvarum nostrarum admirandam exteris pulchramque conge-
riem non tam volumus dissipari, quam etiam diligentia custodia ab
omni prorsus succione, nisi quam specialiter permiserimus, inten-
dimus praeservari; et intactam perpetuamque manere volentes, ju-
bemus: §. 1. Quod nullus ex silvanis nostris sive lowczis, aut alia
quaequa persona, quacunque ratione vel causa, possit incidere aut
exportare lignum aliquod ex silvis ipsis, seu alienare vel vendere,
nisi tantummodo aridum lignum, vel quod vi ventorum ceciderit,
§. 2. His itaque duobus generibus lignorum duntaxat uti liceat,
illaque vendere silvanis nostris ad camerae nostraes compendium,
juxta solitum et antiquum; nisi de certa scientia regia et speciali
gratia concessum aliud alicui per literas regias patentes appareret.
§. 3. Poena imminentia contrarium facienti, mutilationis manus dex-
træ, qua adjutrice potissima praesumitur rationabiliter deliquisse, et

publicationis in fiscum hereditatis, quam a nobis seu curia nostra pro servitio custodiae silvarum visus exstiterit possidere.

O mýcení lesów królovských.

S paměti ustavenic dávného lesov našich królovských i jeden lovčí nebo hajný nás bez našeho zvláštnieho otpuštěnie nemá mýtit, než toliko súš a výrratky; ty mají mýceny býti a prodávány; a ty penieze mají obráceny býti do naší královych komory. Leč bychom zvláště komu otpustili, po našich zjevných zvláštniech lesiech, které lesy mýtiti nebo darem dátí, tak mohú polesní nebo hajní ty lesy prodávati nebo mýtiti pod vyměřením a penieze do naší komory pod ryčteniem obrátití, pod pokutú ruky pravé utětie a pod ztraceniem dědin těch, kteréž od České koruny za službu hájenstvie našich lesov mají.

LI. De ablatione equorum volentibus subripere silvas.

§. 1. *Quandocunque contigerit, quod silvani nostri seu lovčy alicui infra silvam equos et currus abstulerint, praetendentes illum cum dicto curru venisse subripere seu furari ligna nostra silvarum, illo haec omnino negante: ut altercatio finem recipiat in instanti, secundum quod fore comperimus hactenus observatum, sancimus in hujusmodi casibus duos ad minus silvanos seu lovčos in curia nostra regia, coram scilicet officialibus nostris regionum illarum haberi; §. 2. A quibus prius exacto juramento, duos digitos elevando, ut moris est eis, testimonium volumus perhiberi, juxta quod litigium dirimatur. §. 3. Et si reperiatur cùlpabilis ille, cum bonis suis omnibus regis gratiac sit commissus.*

O pojetí koní na krádeži lesu.

Slibujeme o pojetí konie tak držeti, kdyžby komu konie i s vozem v lesiech našich królovských, an chtěl drva krásti, pojati byli, a pře o to vznikla: tehdy dva hajná z toho kraje lesov na dvoře našem před úřednicky našimi téhož kraje zdvihnúce dva prsty (nebo háky), kdyžby popřísehlí, že jest les nebo drva chtěl krásti a bráti, bude-li shledán tiem vinen, tehdy se všiem svým sbožiem na královu milost má podán býti.

LII. De metis et limitibus silvarum.

V.

Si quando de metis seu limitibus silvarum regalium Boemiae inter regis procuratores aut alios quoscunque regnicolas altercatio

oriatur, testes non extranei, nec de remotis partibus in controversia producantur, sed nulli penitus admittantur, tam contra nostram regiam curiam pro parte alia, quam etiam vice versa contra partem aliam pro parte nostrae regiae curiae supradictae, nisi silvani, in locis propinquioribus habitantes metis aut territoriis ipsis, de quibus quaestio ventilatur.

O meziech a vysázení lesov královských.

Ež bývá svář mezi rozličnými lidmi a zvláště mezi úředníky královými lesními o meze a o rozdiely a prosečí lesné: cheme aby jiní o tom srdekové nebyli vrati než najbližnější hajní neb polesní toho kraje lesu, a těch svědectví a ukázání má přijato býti a držáno.

LIII. De silvis excisis.

Silvas nostras, quas in aliquibus partibus earundem succisas et effossas, et aliquas cultas et laboratas audivimus, quasque nostras hereditates existere et ad nostram regiam cameram devolutas post mortem illustris regis Ottacarori divae memoriae nemo debet ambigere, ad eandem regiam cameram pertinere decernimus et jubemus; nisi aliud clementia regia cuiquam reperiatur de gratia speciali per suas patentes literas concessisse.

O lesiech královských vykopaných.

Přisuzujem a přikazujem, aby jakož lesové naši, kteřiež jsú smýcení a ze dna vykopání po Ottakarovi předku našem, jenžto jsú již dědiny, ty a takové dědiny tak vykopané přislíšali na nás včeřně a na naše krále budúcie spravedlivě, a žádný urázuti se v ně nemá, leč bychom jemu je rydali a rysadili v službu nebo v plat, a toho potvrdili listy našimi.

LIV. Ut non exorientur arbores silvarum regalium.

Ne constitutionibus suprascriptis, quas pro conservatione silvarum nostrarum regalium diligenter edidimus, ullatenus fraus fiat, sancimus: §. 1. Ne quis, (quod dolorose saepius factum fore percipimus), quoctunque tempore anni, maxime in vere, aut etiam in aestate, arbores silvarum ipsarum quacunque ratione vel causa, in primis vel secundis aut aliter quoquomodo corticibus excoriare, vel cortices ipsas incidere vel rumpere audeat vel praesumat, §. 2. Poena imminentē contrarium facienti: si silvanus fuerit, excoriationis manus

dextrae, et publicationis honorum omnium, quae a nobis pro servitio custodiae silvarum earum noseitur obtinere; si vero alia quaecunque persona, excoriationis manus dictae poenam tautummodo patiatetur.

O dřievě lesuov oblupování.

Ovšem bude-li hajný náš kóry první nebo druhé lípiti neb kterak obřezovati s dřierie, ihned má ruku pravú ztratiti a sbožie i dědiny své k' hájenství přislušejeice ohlasitě ztratiti do komory králový; pakliby jiný člověk cizí to činil, tehdy za to toliko ruka pravá má jemu učata býti.

LV. De impositione ignis ad silvas.

*Si quis tanta temeritate repletus exstiterit, quod ignem impo-
snerit vel imponi fecerit in silvis nostris aut baroum nostrorum vel
aliorum quorumcunque juxta limites regni nostri Boemiae, aut in
arboribus vel herbis earum, ardore igneo usque ad vitae exitum
comburatur.*

O požářech lesniech.

*Světle tomu chceme, ktožby kolivěk z úmysla lestného lesy
naše nebo jiných zeman pálil nebo požáry v nich činil neb jiné
dřevie nebo kořenie, upálen má býti bez milosti.*

LVI. De caedentibus silvas vel distrahentibus.

*Contra caedentes arbores seu ligna silvarum poenas debitas
statuimus. Sed quia caesas per aquas maxime aut per terram du-
cere multos impune perceperint, statuimus, quod si quis arbores seu
ligna quaecque, quantumcumque non inciderit, si tamen caesas contra
formam constitutionum nostrarum duxerit per aquam vel terram,
aut auxilium dederit ad duceendum, poena consimili mutilationis ma-
nus dextrae feriatur.*

O plavcích lesu kradeného.

*Všichni, ktožby lesy bez znamenie a bez formy sekali v le-
siech a po rodč nebo po zemi vezli by: ti muji pravú ruku
ztratiti, i ktožby jim k tomu pomoc anebo radu dávali.*

LVII. De custodia silvarum, quae succisae furtim ducuntur
per aquas.

§. 1. Purggravios seu castellanos nostros castrorum infra scriptorum (sic), super labentia flumina regni situatorum, curam vigilem et custodiam die noctuque habere volumus diligentem, ut ligna quaeque vel arbores, quae plurimae in silvis nostris subreptae per eadem flumina duci percepimus, et demum, nostra conscientia inconsulta, verti in utilitates proprias privatorum, in camerae nostrae dispendium et gravamen. §. 2. Cum igitur territorium et districtum castri, cui quisque praeest, pervenerint, per eos vel per alios, quos ad id duixerint deputandos, intercipiantur, et arrestentur, simul et personae quaecunque ducentes ligna et arbores supradictas; et statim facta nobis conscientia speciali, tamdiu eas teneant arrestatas, donec a nobis aliud habuerint in mandatis §. 3. nisi patentes literas nostras ostenderent, aut alia intersigna, ad haec specialiter deputata, per quas forte illis majestas regia concesserit eas arbores deducendas §. 4. Poena imminentे castellanis praedictis, si scienter permiserint transire arbores aliquas sive ligna contra mentem ordinationis presentis, amissionis officii et dupli restitutionis in fiscum valoris sic dictarum arborum vel lignorum. §. 5. Si vero negligenter et ignoranter, poena dupli tantummodo feriatur; poenis aliis, contra caedentes vel ducentes arbores sive ligna statutis, firmis manentibus atque fixis

O pozorování plavby drev se hradov.

Přikazujem purkrabiem hraduov našich, kteříž nad rodam sedie, aby lesuov mimo ně plovouciech prokrásti nedopuštěli a ty stavovali a dotud je tu drželi, dokudž by od nás listov neb jiného rozkázánie neměli. A kdyžby purkrabie vědomě ten les nebo dřevie propustili, tehda úřadov svých mají zavěni býti, a začby ten les stál, to dvé peněz do královych komory mají dáti; pakliby nerědomě obmeškali a propustili, tehdy pokutí toho dvého do královych komory propadnú: a ti, kdožby ten les sekali nebo vozili, z ustavenie našeho dřiere jmenovaného pokutu mají trpěti.

LVIII. De hereditatibus et bonis ad regiam cameram devolvendis.

Curiac nostrac regiae jura, quae maxime prisorum temporum usu longissimo sunt probata, quantum debite possunt, praeter injuriam alicujus, procurari volumus et teneri; quia decet principem, sicut subditos in pace servare ei universalem justitiam colere, ita proprii juris futura compendia non abjecere, quae recte disposita,

in subditorum fidelium commoda propria saepius a regali munificentia transferantur. Sancimus igitur, quandocunque regnicola quisque, cujuscunque status seu conditionis existens, a seculi hujus vita labili migraverit, nullis relictis liberis a suo corpore legitime procreatis, quod bona omnia et hereditates, quae fuerunt dicti defuncti, ad nostram regiam cameram sive fiscum totaliter devolvantur.

O dědinách a zbožích do královské komory připadajících.

Ey kdyžby kto v králorství našem bez dětí, spravedlivě ot něho pošlých, umřel a dědin svých, kdež moc a právo jest, nikomuž nepřisvědčíl, tehdy dědiny jeho tolik pusté na krále mají připadnúti, a nabytkové zeměniena každého na najbližšíeho přítele, najprvě po meči počítajec.

LIX. De alienandis hereditatibus.

§. 1. Si quis hereditatem propriam in vita sua cuiquam dare, vel alio modo concedere et a se in alium transferre voluerit, debeat ante licentiam petere a regia majestate §. 2. Qua licentia petita et concessa, mittat nuntium, scilicet baronem officium kmetonis habentem, ad supremos beneficiarios, qui ad relationem dicti baronis, pro parte majestatis ejusdem eis factam, poni facere debeant ad tabulas terrae infra annum continuum tunc proxime subsequentem, tempore scilicet unius ex conciliis generalibus, ut moris est, in quatuor anni temporibus celebrandis. §. 3. Aut si praecelererit, in uno ex dictis conciliis, sedentibus in judicio supremis beneficiariis, coram ipsis asserat et publice protestetur dationem seu concessionem hujusmodi, quam facere jam intendit, nulla alia petita regis licentia vel obtenta §. 4. et subsequenter ad tabulas posita datione seu concessione praescripta, de mandato beneficiariorum supremorum ipsorum, possessionem realem transferat hereditatis seu rerum taliter concessarum in eum, cui duxerit concedendum, sicut alia super hoc edita nostra constitutione cavetur. §. 5. Qua soleunitate servata, licet postea persona talis absque liberis decesserit, in hereditate tamen seu bonis per eas concessis taliter seu datis camera regia seu fiscus nihil intelligatur posse petere vel habere. §. 6. Alia vero hereditas quaecunque, in mortis articulo, sicut aliquando factum audivimus, vel alio quoquomodo extra solemnitatem praescriptam donata, vel qualitercunque concessa, quibusunque personis, collegiis aut locis ecclesiasticis vel secularibus publicis vel privatis, concessionibus et donationibus ipsis ex nunc prout ex tunc per nos penitus annullatis et invalidis factis, ipso jure fisco nostro intelligatur esse commissa.

O odlučování dědin.

Také ktožby dědiny své komu dal, odlúčil, poručil nebo jinak v jinu personu obrátil, to učiniti muož dopuštěniem královým a po pánu zemském kmecí úřad majieciem nebo z raddy králový po jednom ve dsky sobě má vložiti v roce, na kteréž chce suché dni, a ty dědiny, kdyžby bez dětí umřel, nemají na krále připadnuti; ale jinak jiné dědiny, ktcréž bez povolenie našeho kterýmžkoliv osobám dánim, podánim, odkázaním na smrtedlné posteli postúpeny budú, to cheme za nehodné mieti, a na nás s právem mají připadnuti.

LX. De translatione hereditatum occulte in alios.

Aliquando factum fuisse comperimus, quod quidam hereditates proprias in alios transferre volentes, illas occulte transferunt seu donant, et occulte ad tabulas scribi faciunt, nulla a clementia regia petita licentia, nec aliqua notificatione supremis beneficiariis, ut moris est, facta. Quod, quia cedere in praejudicium nostri juris et dictorum beneficiariorum officii et honoris contemptum non ambigimus, detestantes, sancimus §. 1. Donationes, concessiones seu translationes hereditatum taliter non servata solemnitate debita quibuscumque factas, super quo beneficiariorum eorundem testimonium stare volumus, nullius penitus esse vigoris, sed eas hereditates seu bona quaecunque taliter occulte donata seu translata, velut indignis, ablatas, regis camerae confiscari. §. 2. Scriptor autem, qui occulte taliter hereditates seu bona praedicta ad tabulas posuerit ultimi supplicii poena plectatur. §. 3. Ut committendae fraudis omnis materiam omnibus auferamus, constitutionem praesentem subscriptae cautelae suffragio communimus, sancientes expresse, quod post impositionem ad tabulas dationis seu cuiusvis concessionis hereditatis alicujus, hoc penitus observetur, videlicet, quod ad requisitionem donatarii seu illius, cui facta fuerit datio vel concessio suprascripta, supremi beneficiarii specialem nuntium debeant destinare, qui donatarium seu concessionarium hujusmodi in corporalem possessionem inducat rerum seu hereditatis taliter concessarum infra annum continuum a die positionis ad tabulas supradictae numerandum. §. 4. Qui etiam, adepta possesione praedicta, faciat statim voce praeconia publice proclamari tribus diebus fori illius civitatis vel loci, in quo est situata vel concessa hereditas supradicta, (vel si forte ibi forum non celebraretur, in tribus foris, diversis tamen vicibus, locorum propinquiorum circumstantium hereditati praedictae), quod talem donatarium, (proprio nomine et cognomine nominando,) in possessionem dictae hereditatis induxit ratione dationis seu concessionis factae per talem. §. 5. Super qua si quis jus

aliquid se habere dicat, vel alias quidquam petere voluerit, coram supremis beneficiariis, sedentibus in judicio in alio conciliorum in quatuor anni temporibus celebrandorum, compareat, infra tres annos et sex septimanas a die ultimae proclamationis continuae numerandos, de jure suo debite ostensurus; comminando, quod ultra dictum terminum veniens, nullatenus audiretur. §. 6. De quibus singulis idem nuntius immediate relationem facere teneatur supremis beneficiariis supradictis, qui relationem eandem ad tabulas scribi et inseri facere per terrae notarium, vel vices gerentem juxta dationem seu concessionem praedictam, nullatenus differant vel omittant. §. 7. Si quis autem post lapsum terminum trium annorum et sex septimanarum praescriptarum comparuerit, jus aliquod se habere dicens in bonis hereditatis praedictae, audience sibi super hoc denegetur omnino. §. 8. Qnod si relatio dicti nuntii pro tempore scripta in tabulis et apposita non appareat, ut praefertur, dationem seu concessionem quamcunque cuiusvis hereditatis, quantumcunque ad tabulas positam, nullam penitus et velut non factam censi decernimus et volumus ab omnibus reputari.

O tajném odevzdání dědin jiným.

A zvláště ktožby dědiny své nezachovaje rádu a poctivosti, bez otpuštěnie králova před jedniem úředníkem neb piesařem, bez vědomie většiech úředníkuov, tujně komu ve dsky kladl, ten ty dědiny do královy komory ztrati a piesař, kterýž to piše, smrt trpěti má. S paměti větší ohlašujem, komužby které dědiny byly dány neb odkázány a ve dsky vloženy, úředníci mají jemu dát poslu na ty dědiny, aby jej v ty skutečně uvedl a to v roce a ve dni. A má to provoláno býti na třech trzíech; a neotperialiby kto toho sbožie ve třech letech a v šesti nedělech, potom jemu nemá dánou býti slyšení obyčejem ižádným.

LXI. De dotibus ad regiam cameram devolvendis.

Quod novimus antiquitus observatum, praesenti renovamus edicto: Quod si mater a filiis suis dotem recipiens nuptias secundas contraxerit, et subsequenter ipsa ejusque maritus secundus deceaserint, nec in vita sua dotem suam eandem cuiquam concesserit et ad tabulas solemnitate servata non posuerit: dos talis, sive sit in hereditate, sive in numeratae pecuniae quantitate, ad regis cameram noscitur pertinere.

O věnech do králové komory spravedlivě připadených.

Ej pravíme, kteráž vdova od svých sirotkuov se otlúčí a stav svouj promění a věna svého nižádnému nezapíše, tehdy to věno, budto na dědinách nebo na hotových penězích, na krále spravedlivě připadnuti má.

LXII. De hereditatibus ad regiam cameram pertinentibus.

§. 1. Informatione fide digna accepimus, ad jus regium in solidum pertinere omnes hereditates effossas jam, et quae effodientur in posterum in montibus, videlicet in metis terrae ultra Usk^x ultra Pontem^x et ultra Cadanum^t usque in Damassin.[#] §. 2. Quare praesenti sancimus edicto, omnes hereditates infra predictos terminos repertas jam, vel quandocunque reperiendas, ad regiam nostram cameram devolvi et penitus applicari. §. 3. Qui vero usurpasser aliquid ex dictis hereditatibus visus extiterit, aut effodisse vel aliter extirpasse, in silva nostra egregia, infra quam dicti termini situati noscuntur, poena infamiae et quadrupli restitutione mulctetur. (Etenim inter ceteras silvas nostras, illa cordi nostro debet esse praecipua et singulari diligentia custodiri, quae tam utili, tamque mirabili arborum congerie regnum nostrum Boemiae circuit. Cujus eminentis protensusque ambitus praestat feliciter eidem regno propugnacula perpetuo gloriosa).

O dědinách vykopaných za Kadaní a za Mostem.

Známo činieme ustavenie toto, že ktož by kolivěk na horách nebo lesiech pomezných za Kadaní a za Mostem nebo za N (sic) vykopal a v dědiny obrátil, to jest naše, ale ne jeho; pak liby kdo co směl sobě osobiti, to čtvero musí zase navrátiť po narčenie nepoctivého zlého.

LXIII. De hereditatibus civium.

Cujuscunque civis hereditas libera (non censuata, nec civitati admensurata) absque liberis ex suo corpore legitime procreatis decedentis, velut bona nobilium, ad regiam cameram pertinet de jure et de consuetudine regni nostri.

O dědinách městských.

Ey dědiny městské, k městu neprímřené, svobodné, ktož by s nich s městem nedržal nebo uetrpěl, a bez dředuov dědičných manželských umřel, ty dědiny jako vladyče na krále mají spadnuti

LXIV. De hereditatibus propter excessus ad regiam cameram devolvendis.

Bona et hereditates ejusdemque, propter commissa per eum crimina, capitis vel suspendii aut alia quaque poena defuncti, superstibus etiam liberis ex ejusdem criminis defuncti corporequantumcunque legitime procreatis, de jure regni nostri et consuetudine approbata ad regiam cameram nullo medio devolvantur.

O dědinách otpravených pro zlé skutky že na krále nemají připadnúti.

Ey dědiny těch, kteříž pro zlé skutky život ztratí a ostaví po sobě spravedlivé dědice, dědiny jeho proto nemají do komory králový žádným činem připadnúti; ale mají zuostati při těch dětech anebo při jeho strýcích, jsí-li nedielní.

LXV. De hereditatibus devolvendis ad filios vel parentes.

§. 1. Hereditates parentum utriusque sexus, scilicet patris et matris, quas ad filios ex corundem parentum corporibus legitime procreatos deferri regaliter volumus et sancimus, non solum de liberis in paterna potestate sistentibus seu cum ipsis parentibus simul cohabitantibus, sed etiam de emancipatis seu divisis a parentibus supradictis intelligimus. (Licet enim personarum et locorum remotio inducatur, non propterea sanguinis necessitudo, quae nulla potest ratione divelli, aliquatenus separatur.) §. 2. Si filii vel filiae, divisi seu emancipati a parentibus eorum, superstibus parentibus ipsis decedant: eorum hereditates et bona non ad parentes ipsos, sed ad regiam cameram de jure regni et antiquissima consuetudine devolvuntur. §. 3. De jure et consuetudine regni nostri, filiae nuptae aut viduae in bonis et hereditatibus defunctorum parentum non succedunt, quae liberis alias ex dictis parentibus non existantibus, ad fiscum regium non est dubium pertinere; cum contentae stare debeant dotibus, quas ex dictis hereditatibus, vel alias ab eorum parentibus habuerunt; quas nec eis auferri vel impediri patimur quoquomodo. §. 4. Innuptas vero filias, a parentibus non divisas, in bonis et hereditatibus succedere omnino permittimus et jubemus.

O dědinách na syny neb na dcery po rodičích nápadních.

My také milosti naši ustarujeme, aby dědiny po otcí a po mateři na jich děti nebo nejbližší přátely řádu mužského ucho ženského, jakžkolivček byly by díclui nebo blízko nebo daleko by-

dlili, spravedlivě připadly. Opět budú-li děti ot otce a ot materc odieleny, těch děti dědiny nemají zas na otce a na máter připadnuti; ale nezavadily-li jsú jich žádným právem, tehda na krále mají připadnuti spravedlivě, a to z starého obyčeje království Českého. Pravíme, kdežby tak dcery od svých otcovov a mater byly otevdány a mely svá věna ve dskách: ty nemají dědin otcových ani materiných děditi, ale mají dosti mieti na svých věniech, kterýchžto žádný ot nich otlúčiti nemuož; jeliž po smrti svých mužov mohú svá věna dáti komužkolivék chtie; ale decerám neotevdaným otpuštieme, aby po svých otciech dědili; avšak před nimi dědictvie mají ostaviti pacholíkóm, ač jsú kteří živi.

LXVI. De filiis portionem paternam a parentibus habere volentibus.

§. 1. Filius divisionem seu emancipationem a parentibus suis habere desiderans, eam quandocunque, completo tamen anno quindecimo aetatis suae, petere possit. §. 2. Ad cuius petitionis instantiam cogatur pater aut mater secum dividere et partem sibi debitam assignare de bonis seu hereditatibus, quac illis a parentibus eorum, scilicet avis vel proavis dicti filii, obvenisse noscuntur.

Kdy syn muož dielen býti.

Ovšem oznamujem, že synoré, kteříž patnácti let dojdí, mohú ot svých otcovov nebo mater žádati dielu, a má jim s právem dán býti toliko z toho sbožie, kteréž jsú jich otcové nebo matery od dědov svých neb pradědov měli a dědili.

LXVII. De hereditatibus collateralium.

Sicut nuptas aut viduas in bonis et hereditatibus parentum succedere prohibemus: multo magis intelligere se debent esse exclusas a successionibus fratrum vel sororum omnium earundem.

Panny a vdovy oldělené nemají děditi.

Děditi nemají panny nebo vdory, ani nápad nemá na ně jiti, kteréž jsú dieły ot svých otcov nebo mater vzuly; a ovšem nemají nápadu mieti mezi bratřimi nebo mezi sestrami jinými, poněvadž jsú otce nebo mateře prvé byly dieły.

LXVIII. De distractione hereditatum a filiis.

§. 1. Si quis, omni pietate paterna postposita, tantae severitatis aut dementiae furore repletus extiterit, quod hereditatem, quae sibi a parentibus suis legitimis et naturalibus communiter vel divisim obvenit, alienare vel aliter dissipare voluerit, et filios suos legitimos et naturales amicorum bonorum solatio et facultate privare, hoc agere sibi penitus inhibemus §. 2. Sancientes expresse, alienationem hujusmodi temerariam, de bonis et hereditate praedictis quomodo cunque fiendam, nulla roboris firmitate consistere, nisi forte necessitate cauante vendere voluerit in solidum vel in partem, (quod sibi fieri permittimus, ut est moris); §. 3. sed ea bona et hereditatem ad dictos posteros suos servari debere. §. 4. Si vero bona alia sive hereditatem habeat, quae sibi aliunde obvenerit, aut proprio labore vel pretio quaesierit seu emerit: illa possit alienare, et de illis disponere liberao arbitrio voluntatis, solemnitate tamen, quae ad hoc requiritur, observata.

O otlúčení dědictví ot synuov.

Synóm nebo deerám, ačby kto ze zlosti ukrutné dědiny, kterežby měl od svých předků roztržené, ot nich nenávistivě chtěl otlíčiti bez riny: to zapovídáme. Cožby snožie nebo dědin měl jinak dobyté a dobytých, z těch jinak muož spušťebiti jakž se jemu libí, zachovaje pochváleně řád a právo.

LXIX. De hereditatibns servitorum regalium, qui dicuntur služebnikones.

§. 1. Hereditates servitorum nostrorum intactas et illibatas servare volentes, nulla prorsus superveniente causa alienari vel dissipari permittimus, per quas servitores alios, regiae nostrae mensae necessarios et opportunos, temporibus congruis quaerimus et habemus §. 2. Et propterea constitutione praesenti sancimus, nulli omnino mulieri licere dotem aut dotalitium habere vel recipere super hereditatibus supradictis, vel hereditatis ipsius bonis mobilibus vel pecuniae quantitatibus ullis, ultra decem marcas argenti, quas habere posse permittimus, ex causa dotis, vel dotalitii tantum, non alia, in bonis ipsis mobilibus vel pecuniis, si oxstant dumtaxat. §. 3. Alioquin bonis et hereditatibus ipsis superexstantibus integris remanentibus et illaesis.

O dědincích služebníkův králových.

Služebníkův našich dědiny celé u neroztržené zachovati chtiece ustavujem, aby ižádné země našich služebníkův neslu-

šelo mieti nebo vzieti na dědinách již řečených věna riece než deset hřiven střiebra, kteréžto jim za rěno mieti dopuštěme na sboží svrchniem anebo na hotových penězích.

LXX. De hereditatibus eorundem regalium servitorum.

Bona seu hereditates quaecunque, quovis jure seu titulo, justo tamen, quaesitae per servitores nostros, quantumcunque nobilium fuerint seu alias liberae, post acquisitionem ipsam immediate ipso facto eandem conditionem recipiunt, ipsiusque vere fiunt, quam bona et hereditates aliae, quas pro serviis eorundem a nobis servitores ipsi ténere noseuntur, censemur habere.

O svobodných dědinách přikúpených k dědinám služebničiem.

V dědiny v svobodné kterakžkolivk vejde nebo jich dobude služebník a k svým služebním dědinám je přičiní, buďto vlastyčie nebo kterakžkoli svobodné, mají v služebničiem právě ostatí s jinými.

LXXI. De hereditatibus sacerdotum et aliorum ad sacros ordines promotorum.

Delinquendi materiam tollere ubique disponimus, in his maxime, quae respiciunt praecipuum divinae majestatis offensam. Cum itaque percepimus fidedigne, retro temporibus sacerdotes et clericos alios ad sacros ordines jam promotos, eorum bona et hereditates, quas nemini venit in dubium sub mero nostro teneri dominio et ad nostram regiam caineram rationibus et causis ex pluribus, de antiquissima regni nostri consuetudine approbata, debere seu posse devolvi, pro dotibus mulierum, quas turpiter cognitas tenuerunt et publice concubinas, obligant in solidum vel in partem, et super eis dotes vel donationes in fraudem constituunt vel assignant: praesenti statuimus edicto, §. 1. Nemini sacerdotum vel clericorum ipsorum super hereditatibus supradictis licere donare vel donationes aliquas constituere mulieribus quibuscumque, sine regia licentia speciali. §. 2. Quod si factum in contrarium patuerit, ipso facto bona seu hereditas ipsa fisco regio, a quo sumpsit exordium, applicetur. §. 3. Non tamen propterea denegamus, quin hereditates suas hujusmodi dare et concedere possint in vita eorum, debite ad terrae tabulas apponendo, juxta constitutionum nostrarum super hoc editarum seriem atque mentem.

O dědinách žákuov svěcených.

Díme tak, aby žádný žák svěcený dědin svých dědických jiným právem nezarazoval, ani také ženímá m nebo kubénám věn enebo zápisov nečinil Pakli kto to učinil, tehdy ot počátku všecky Sho dědiny pro ten čin mají do královny komory připadnúti. slušie také těm žákuom nebo kněžiem dědiny své dědi ecké světjkým osobám prodati a v zemské dsky vložiti.

LXXII. De filiis sacerdotum.

§. 1. Sacerdotum et aliorum clericorum ad sacros ordines promotorum filii, sicut de jure communi, ita et regni bona consuetudine, in patrum suorum hereditatibus seu bonis non succedunt et succedere denegantur omnino; §. 2. Quas hereditates, sicut convenit de jure regni praedicti, ad nostram regiam cameram devolvi et confiscari volumus et jubemus.

O synech a dceračkach kněžských.

Izádný syn nebo dcera kněžská nemá děditi dědin otcových kněžských, ale ihned dědiny po smrti jich otcov shromážděny mají býti do královny komory.

LXXIII. De monachis.

De jure regni nostri et consuetudine approbata cavetur, quod monachi vel alii quicunque religiosi infra limites dicti regni non possint ullatenus hereditates liberas habere. (Quod rationabiliter constitutum nemo debet ambigere; quia si personae tales possent hereditates liberas possidere, cogeretur camera regia per indirectum servitia et obsequia ex ipsis hereditatibus sibi debita perdere, et successivis temporibus multa possent in parte non modica deperire.)

O mnisiach.

Divo se nám zdálo i neobyčejno, by který mnich profesorany dědiny svobodné manské nebo služebničie měl děditi; nebo tudy by mnoho služby sešlo králi i komoře jeho bylo pohoršeno.

LXXIV. De hominibus villanis seu oppidanis licentiam potentibus
a dominis suis.

Licet nostra regalis auctoritas legibus sit soluta: tamen quia pii principis est, ita propria procurare compendia, quod subditis per injuriam dispendia non producant (tunc enim oppidanorum nostrorum numerum putamus augeri, cum videmus baronum atque nobilium nostrorum fidelium jura non minui): sanctione praesenti providimus decernendum, §. 1. Quod quandocunque aliquis ex hominibus oppidanis baronum nostrorum regni Boemiae, relinquere volens dominum suum et se ad regiam nostram terram transferre, licentiam a domino suo petierit: si circa festum Sancti Martini hoc egerit, tunc libere; si vero alio tempore infra annum, tunc prius datis fidejussoribus idoneis domino suo, vel alio loco sui idoneo substituto, per quos in termino dicti festi Sancti Martini de censu, vel alias de labore seu cultura terrarum debitibus, possit eidem domino integraliter responderi, petita licentia concedatur. §. 2. Nisi tamen quocunque casuum praedictorum idem dominus oppidanum suum hujusmodi, ex administratione forte seu procuratione rerum seu pecuniarum suarum, vel alias debito modo sibi diceret obligatum; quo casu permittimus licentiam non concedi, dummodo confessim idem dominus coram hominibus suis, praesentibus etiam nuntiis curiae regiae, qui pro oppidanis praedictis licentiani postulabunt, de jure suo, quod habere asserit contra dictum oppidanum suum, ostendere non tardaverit, ipseque oppidanus, ubi necesse fuerit, in praedictorum nuntiorum et hominum praesentia se expurgaverit debite, ut est moris. §. 3. Et si oppidanus repertus fuerit obnoxius, concedimus eidem omnino licentiam denegare; si vero solitus existenter, volumus et mandamus licentiam sibi omnino concedi, illique auctoritate nostra permittimus ad terram nostram quamcunque posse libere se transferre, et per dictum dominum nullam inferri jubemus eidem molestiam et jacturam. §. 4. Quae singula servari et intelligi volumus in villanis seu oppidanis quibuslibet baronum nostrorum omnium dicti regni, ad terras baronis alterius ejuscunque voluntibus se mutare. §. 5. Si quando villanus seu oppidanus alicujus baronis vel nobilis, obtenta licentia, se transtulerit ad terram nostram vel baronis alterius: sibi licere permittimus quandocunque bona sua emphyteoticaria seu censualia vel similia, quae in terra et dominio dicti baronis domini sui, a quo licentiam petiit, possidebat, cuicunque vendere arbitrio propriae voluntatis; bonis aliis, si quae forte libera sub dominio dicto tenebat, apud eundem dominum remanentibus absolute.

O vyhoštění lidském.

Vyhostiti chce-li se kto za jiného pána, to má učiniti po svatém Martině i odbuda úrokův a osudě, vezma otpuštěnie bez uručenie; to muož učiniti; pakli on potom chce se vyhostiti, má svému pánu viny, poplatky, úroky zaručiti anebo na svého súkupa skúzati a sídov dostáti. A tak nemá jeho žádný pán v právě brániť; lečby který člověk u svého pána vladárem byl a jemu se nevyčetl snad, nebo jinak co jemu anebo lidem jeho vinen byl, tehdy jej u sebe muož zadržeti. Pakliby jemu počty učinil a z vin vyšel i lidi obyl, a on jeho vždy přes to za jiného pána nepropustil: tehdy má žádati sudieho dvorského nebo jiných úředníkov králových, aby před nimi svému pánu dosti učinil, a když to uční, dále se nemá vyhostiti od něho, leč by jiným lidem vinen byl toho súdu napřed svrchu jmenovaného. V kterémžkoliv času sedlák nebo městěnín vezma otpuštěnie od svého pána chtěby se za nás nebo za jiného pána kterého bráti: muož dědiny své purkrechtnia nebo platné prodati, komuž se jemu liebie; ale má-li dědinu svobodní, ta má vždy před jeho pány státi svobodna.

LXXV. De procuratoribus baronum.

Susceptum onus, quod sponte sibi quisque a principio duxerit eligendum, credere debuit patienter in novissimis tolerandum; nec semper licet ab eo propriac voluntatis arbitrio resilire, quod semel placuit gratis eligere. Sancimus itaque: §. 1. baronum nostrorum procuratores, negotiorum gestores sive rerum administratores, aut alios quoscunque officiales eorum, cum de procurationibus aut administrationibus eorundem per eorum dominos requisiti ponere rationem, ipsorum quisque coram domino suo, cuius rerum sive officii administrationem vel procurationem gerendam suscepit, rationem ponere vel se debite expurgare sive defendere sit astrictus. (Euide sibi debet merito imputare, qui jugo tali elegit colla sua submittere.)

O počtu vlastníků panských.

Ovšem ustavujem, aby všeliký vlastník nebo starosta pánu svému z úřadu jemu poručeného počet učiniti dlužen byl, anebo se umluvil podobně; pakliby zhrzel toho učiniti, tehdy pán jeho k jeho životu nebo statku o to hleděti muože a toho pomstít.

LXXVI. De servitoribus regis se nobiles asserentibus.

Nostrorum fidelium distinctam progeniem non confusam esse volentes, ne regiac serenitatis clementia, quae secundum eujusque virtutes proprias aut generis dignitates decenter debet tribuere merita et honores, incerta quandoque prole seducta, regalis munificientiae gratiam atque compendia tribuat uni minus idoneo, quod meritus et condignus alias merebatur: praesenti constitutione sancimus: §. 1. Si quando aliquis ex servitoribus nostris se wladykonom duxerit asserendum, non facile sibi credi debet, quod leviter forte praesumpserit obtainendum; sed adhibitis et productis per eum septem testibus, ex eis tres eligantur per nostros officiales, qui de causa cognoscent et praestito juramento deponant; §. 2. Qui si deposuerint, quod progenitores et atavi servitoris hujusmodi fuerint ab antiquis temporibus wladykones, tunc demum liceat servitori praedicto testes alios, quos sibi viderit profuturos, contra regiae nostrae curiae testes producere; et sorte data, testimonium illorum admittatur, quos sors ipsa duxerit eligendos. §. 3. Quod intelligi volumus in casibus dubiis et incertis, non autem in notoriis et manifestis, in quibus omnino nullus servitorum nostrorum se wladykonom asserens audiatur, quantumcunque vellet testes producere quoquomodo. §. 4. Declarando decernimus, quod si quisquam servitor noster per testes idoneos non probaverit prius ab atavis suis se fuisse wladykonom, non licebit eidem contra testes pro parte regiae nostrae curiae contra eum productos aliquatenus alios testes inducere, sed omnino necessario habeat (sicut etiam reperimus antiquitus observatum), stare depositionibus corundem.

O služebnících králových, jenž se nazývají wladykami.

Rozliční služebníci naši s svými dědinami služebniciemi chtie se učiniti wladykami; toho jim nemá věřeno být, lečby o to sedm svědkov wladycích vyvedli a z těch tří, kteřížby losem byli zvoleni, ti skrze přísahu to okázali, že jeho předkové a pradědové wladky byli od staradálva; tak wladyků ostatí má. A tak cheeme ve rzech pochyboráničch mieti; ale což jest ohlášeno zjevně a lidem svědomo, toho nemá sršdky dovozeno být. Služebník náš, kterýžbykoli hodnými svědky nedoredl, žeby wladyka byl od svých předků a pradědů, nemá o to jiných svědkov vésti proti našeho královského dvora proti němu vyvedeným svědkém, ale na jich zjednání u usuzení ovšem přestati, jakož jsme zachováno nalezli od staradálva, a dědiny jeho mají při králově službě ostati.

LXXVII. De proscriptorum expurgatione.

Defensionum facultas, quam non humanae inventionis provisione simpliciter, sed ipso primaevō jure naturae mortalibus constat competere, principis edicto non debet artari, nec ita faciliter passimque concedi, quod expertorum probatorumque virorum laudanda opinio maculetur. Hoc igitur edicto decernimus, quod ab antiquis observantiis et statutis sumpsit exordium: §. 1. Nemini trium consulū seu scabinorum notatione proscripto, sese defendere et expurgare volenti a proscriptione praedicta, id facere et expurgationem efficacem obtinere licere, nisi aliorum consimilium consulū seu scabinorum ejusdem provinciae novem in numero sincera relatio et testimonium fide dignum coram rege vel alio, cui rex ipse specialiter id duxerit committendum, processerit firmiter pro eodem. (Equidem rationabiliter opinari debemus, quod tam solemniter gestum extiterit, id omni fraude versutiisque carere.)

O očištění psance.

Kdyžby koho třie konšelé země psali anebo naň jeho zlost vyznali pod jich přísahú, a ten se chtěl z toho vyvesti a očistiti proti nim: tehdy má devět konšelov téhož kraje na svědomie před krále, nebo komuby to král slyšeti poručil, přivésti v hodné svědečství; a prøjde-li svědečsivie řádné a sje-dnané, tehdy má dřevnieho narčenie tak očištěn býti.

LXXVIII. De muliere infamata.

Si quando femina tantæ malitiaæ sive fraudis temeritatem incurrit, quod notatione consulū seu scabinorum solita proscripta fuerit, nec se defendere aut expurgare curaverit, vel aliter non potuerit: poenaya perditionis dotalitii, fisci nostri commodis applicandi, et a regno nostro Boemiae exilii perpetui patiatur. (Beneignius quidem nostra Serenitas agere in casu praesenti disponit, feminæ sexus fragilitate pensata, quam patrata facinora, scelestis viris horrenda, nedum mulieribus, quas saltem naturalis pudor retrahere debuit, meruerint.)

O ženč narčené.

Jakžkolivěk která žena pro kterú zlost bylaby narčena a skutečně ta zlost byla na ni doredena: tiem proviní své věno do králový komory a sama ven z čemž má vyhnána býti. A tu milost pro jich křehkost s nimi činíme.

LXXIX. De potestate baronum in homines ipsorum.

Baronum nostrorum magnificentias et honores, diadematis nostri regalis deus et gloriam, sicut intactas stabilesque perpetuo volumus permanere: ita potestates eorum, iuxta consuetudines approbatas antiquitus, certis conditionibus et terminis moderare (ne quos omnium morum venustate clarissima deceat vivere, contingat potestatis eorum incertitudine lascivire). Hac igitur certa constitutione sancimus: §. 1. Auctoritatem omnimodam, (praeter justitiam personalem, quae semper regiae dignitati intelligitur reservata), baronibus nostris regni Boemiae in eorum hominibus et bonis hominum ipsorum, sicut antiquis temporibus servatum fore comperimus, esse totaliter attributam, exceptis casibus infra scriptis. §. 2. Non licet alicui baroni vel nobili suis vel alterius hominibus oculos eruere. §. 3. Quod si quis tam immaniter egisse convictus aut confessus extiterit: eo ipso regis indignationem in bonis suis et rebus omnibus se noverit incunrisse. §. 4. Si quis baro vel nobilis homini suo vel alii cuiuscunque nasum intermedio narum incidisse repertus extiterit: se, bonaque sua omnia regiae gratiae sciat esse commissa. §. 5. Similiter cavere sibi debent barones et nobiles supradicti, ne quis eorum pompose se gerens, vel aliter humanae naturae sanguinem vilipendens, manum vel pedem trnico suppositum cuiquam abscindere perse vel alium audeat vel praesumat. Qui contra fecerit, poena consimili feriatur.

O moci panské nad svými lidmi.

Z paměti ustavenic starého pána jme nad jich lidmi poddanými moci všelijaké, treslati, pomstítí, súditi poille spravedlnosti, kromě životu odjetie pro zlý skutek; toho sobě zachováme, lečbychom komu na popravu dali listy zvláštne. Libi se nám staré právo zachovati, aby žádný pán, vladyska nebo jiný člověk svému anebo jinému člověku oři nevyvrhl; pakliby kto to učinil všečeň, v královu nemilost upadne a sbožie i jeho nábytkové na krále připadnú. Všeliký pán nebo vladyska kdyžby komu nos uřezal buť svému nebo jinému člověku, proto všecka zbožie jeho nu královu milost mají připadnuti. Hanebně by pán nebo šlechtic to učinil, kdyžby svému nebo jinému člověku ruku nebo nohu na nátoně uřísl, a proto tuz pokutu má trpěti, jakoz svrchu jest jmenováno.

LXXX. De duello.

* Cordi nobis est, arduam periculosaque duelli materiam terminis artare decentibus et certis regulis limitare, ne dignitatis exi-

miae regni nostri fideles, quos semper pacificos esse cupimus et locupletes, indignationem mortiferam regiae potestatis incurant, sequi et bona omnia periculo perditionis exponant, et quod non leviter est ferendum, posteris suis notam gravis erubescentiae derelinquant. Antiquam itaque super hoc observantiam imitantes constitutione praesenti providimus decernendum: §. 1. Nulli omnino hominum cuiuscunq; praeeminentiae, dignitatis* aut status existat, quemcunq; aliui provocare, compellere vel aliter appellare licere quomodolibet ad duellum, nisi tribus de causis aliqua proponatur: scilicet si arguere velit eundem de proditione, quod insidias vel tractatum fecerit in vitam regiae majestatis vel in offensam aliam personalem, aut etiam illustris reginae, nec non filiorum filiarumve, fratribus et sororum et aliorum omnium de scendentium ex stirpe regali. §. 2. Si de datione, venditione vel alia qualibet concessionē castri vel terrae ejusdem majestatis, vel tractatu seu conventione dandi vel concedendi factis per eundem, quem ad duellum provocandum duxerit, cuicunque personae, absque regiae celsitudinis conscientia vel mandato, quo casu novem viri bonae opinionis et famae pro parte qualibet producantur, et jurati deponant, antequam dictis partibus in duello liceat dimicare. §. 3. Si etiam arguere intenderit de corrupta pudicitia regiae domus, quam intelligentibus notam, de honestate duximus subticendam. §. 4. Praescriptis tribus casibus, quibus duellare permittimus, duellum fieri sic intelligi volumus et jubemus, si de communi assensu et spontanea partium voluntate ad duellum processerint partes ipsae supradictum. §. 5. Si vero appellata pars seu requisita alia de causis ipsis ad duellum, non consenserit voluntarie dimicare: tunc liceat appellanti seu vocanti appellatum seu vocatum jure ordinario, quod approbata consuetudo servare in talibus consuevit, citari et proclamari facere coram regia maiestate, coram qua suam, ut moris est, justitiam consequatur.

* Cf. Jus regale montanorum I. 10, IV. 20, §. 23, I. 9. §. 4.

O sědání.

A ovšem žádný druhého nemá pobízeti k sědání o žádní věci, kromě těchto tří z podepsaných kusův: Ktož by koho nařekl, že by krále nebo královu neb koho jiného z královského rodu zradil nebo zrazoval. Druhé ktožby na králově dvoře podávenie neb násilé panně neb paní učinil. A třetie, ktož by který hrad kralov nebo zemi komu prodal, dal, zařastavil nebo kterak bez kralova vědomie a vole jinak zavadil. A prvé než o takové věci v šraňky puojdú, devět mužov zachovalých s každé strany tu přisieci mají, u potom tepruv sědati mají. Během prvé řekli o třech věcech, o něž sědati mají. Nynie pak, když sě dvá svolita rovného urozenie, o kteruž-koli věci muožeta

sědati, ač jim král svého dvoru puojčí a odpustí. Pakli by kto na sědání tiskl, an sě móž dobré na právo odvolati, a podle řádu a práva před králem neb kdež přihnán bude, móž toho podle práva zbaven býti.

LXXXI. De duello nobilium.

§. 1. In duello debet considerari aequalitas personarum, ut nulli liceat, etiam in casibus jam praemissis, alinm nobilitate forte generis vel praeeminentia dignitatis se majorem, ad duellum aliquatenus provocare. §. 2. Et si quis generosus ab inferiori vocatus fuerit, non teneatur respondere vocanti, nec possit propterea redargutionem seu infamiae alicujus notam incurrere quoquomodo. §. 3. Jus antiquum regni nostri Boemiae, quemlibet nobilem majoris generis vel minoris, quantumunque alteri nobili sibi in genere simili serviat vel majori, si voluerit admitti, loco sui potest ponere duellantem. §. 4. Antiqua regni nostri consuetudine comperimus obser-vatum, quod in duello non potest ponere alium loco sui persona, quae, postquam fuerit in servitio regiae majestatis, a rege recepta licentia, vilior facta ad serviendum baroni vel cuiuscunque alii se trans-tulerit; §. 5. Contra vero, si servitor baronis recepta licentia, celsitudinis regiae se fecerit servitorem, effectus dignior, potest loco sui in duello habere debitum substitutum.

O sědání urozených pánov.

O sědání má znamenáno býti rovnost person v urození nebo v dôstojenství. Pozove-li menší větčieho v dôstojenství, on jeho móž zavrci a řka: „Nejsi mne hoděn“; a nemáť odpoviedati na tom i nemá proto trpěti hanby ižádné. Zjevujem to, že ktožkolivěk muož služebníka v urození tak rovného jako sám, miesto sebe v sědání postaviti. Ze zdávnu z králova řádu ustaveno jest, aby žádná persona, kteráž byvši v králově službě, nižšimu již slúži, nemohla postaviti miesto sebe jiného v sědání. Ale zase kteráž jest slúžila pánu, a již slúží Velebnosti Králově, ta muož miesto sebe již v sědání postaviti jiného.

LXXXII. De civibus jus teutonicale clementibus.

§ 1. Si civis quilibet jus emphyteoticarium seu teutonicale, quod vulgariter dicitur purkrecht, in terra alicujus nobilis seu baronis emerit, quamdiu quotiesque ibi sederit seu habitaverit vel alias in dicta terra repertus extiterit, omnimodac potestati dicti

baronis absolute sciat se esse submissum, quam non debet regalis auctoritas quomodolibet impedire. §. 2. Ubi autem onera ipsius potestatis declinare decreverit, petita licentia, possit libere infra annum et diem unum (non ultra), a die petitae licentiae numerandum, jus dictum cui voluerit vendere vel concedere quoquomodo. §. 3. Quod facere similiter est astrictus infra similem terminum, ad voluntatem dicti nobilis vel baronis, a die manifestatae voluntatis ipsius dicto civi computandum. Alioquin termino lapsu praedicto bona dicti juris baronis compendio veniunt applicanda.

O měšťanech německé právo kupujiečich.

Kterýžkolivék měštěnín kúpil-by dědiny v purkrecht u některého pána, ten pán bez otpuštěnie králova muož jeho na tom sbožie hledati jako svého člověka. A také ten purkrechtínik, vezma od svého pána odpusťenie, muož týž purkrecht prodati v roce a ve dni, a pán také purkrechtíniku nemá překážeti v roce i ve dni prodati. Pakliby neprodal v tom času, tehdy ten purkrecht nebo ta dědina muož spravedlivě na pána připadnúti.

LXXXIII. De stupro et adulterio.

* Subditos nostros honeste vivere cupimus et pudicos. Et licet jus omne violentus offendat, ille tamen gravius videtur invadere, qui virginis castitatem aut pudicitiam honestae matronae violat. Ideo sacro praesenti sancinius edicto: §. 1. Si quis deferatur furoris ardore commotus virginem violenter stuprasse, vel aliam honeste viuentem feminam violenter oppressisse, confestim talis virgo vel femina debet in loco commissi delicti, si habitabilis est, alioquin habitabili propinquiori, publice comparere, lacerare peplum, et alta voce conqueri et clamare contra hujusmodi oppressorem, coram probis hominibus dicti loci; deinde querimoniam regis officialibus facere specialem. §. 2. Ad cuius querelam judex curiae nostrae dictum delatum capi faciat; quo forte negante crimen objectum, forma subscripta, quam antiquitus observatam invenimus, consuevit in regia curia judicium diffinire: videlicet exigere a muliere hujusmodi jurementum, quod taliter stuprata vel oppressa fuerit. §. 3. Quo praestito, delatus idem, si contra objecta se defendere voluerit, pro defensione sua jurabit, et secum sex testes habeat famae bonae et opinionis. §. 4. In quo si defecerit, criminis reus factus, capite punietur, et bona ejus seu hereditas confiscabitur; si vero probaverit, absolutus libere abeat.

* Cf. Jus regale montanorum, Prooemium.

O násili a podávení panenském nebo ženském.

Svatým tieto ustaveniem potvrzujem znamenitě, ačby kto pannu nebo ženu poctivú násilně podával a ona to ihned s pláčem a lomením rukama, s roztrženým slojírem s křikem ohlásila, a potom na králově dvoře, nebo kdež jest toho obyčej, jinde obžalovala: ten má jat býti a ona sama má přiséci, že se jie od něho podáveniem násili stalo; a on sám sedmý má přiséci, že jest tiem nevinen; a neprojdú-li všickni přisuhajiec nebo jeden z nich: tehdy tomu násilníku má hlava stula býti a jeho všecka sbožie mají na krále připadnúti.

LXXXIV. De filiabus contrahentibus matrimonium contra parentum suorum voluntatem.

Si ignorantibus vel, quod magis est, contradicentibus parentibus filia sibi maritum assumpserit, vel alias viro se copula carnali junixerit, super quo per parentes ipsos querimonia in judicio deferatur: si sponte id filia fecerit, et ipsa et maritus, de antiqua regni consuetudine, palo affixi subire supremum judicium cogebantur, hereditatibus eorum ad fiscum regium devolutis.

Kteráž dcera slibí komu bez vole otce svého a mateře.

Když také dcera bez otcova a materina vědomie muže puojme a budú-li to jich starší žalovati v súdě, a oni se k tomu seznají, že jsú dobrovolně to učinili: tehdy onu i muž její z obyčeje starého mřliby k slápu přivázání býti a najvyšší súd trpěti, a sbožie jich do komory králový má připadnúti.

LXXXV. De puellis matrimonium contrahere volentibus.

§. 1. Parentibus non extantibus, pudoris honore servato, non debent puellae inconsultis et contradictibus fratribus, vel eis deficientibus, patruis vel avunculis, quibuscumque viris nubere, aut quod gravius est ferendum, illos carnaliter quoquomodo cognoscere. §. 2. Quod si qua mulier sponte fecisse constiterit, et per dictos fratres vel patruos judicialiter querela proposita fuerit: ipsa, virque dictus, confiscatis bonis, pali affixione mortem subire consueverant corporalem. §. 3. Quae proxime sunt relata de mulieribus, inconsultis parentibus, fratribus vel patruis nubentibus, ad puellas virginēs innuptas penitus trahi, debet intelligi tantummodo; non ad viduas, quae nabant in domino, arbitrio liberæ voluntatis.

*Kdyžby se panna po smrti svých rodičov vdala bez rady
bratruov.*

Ačby se již přihodilo, žeby po smrti svých rodičov která panna nebo dievka bez rady bratruov, strýcův uneb uječov svých muže pojala nebo tělesně se k komu přiložila, a oni na ni v súdč žalovuli, u oni se k tomu seznavali: tehdy z obyčeje starodávnieho bieše to, že je k slípuom rázachu a hrdla zatracováčku a sbožie jich na krále připadáše. Dříve jsme řekli svévolným, a již pravíme, že žádná panna bez ruole přátelské nemá muže pojieti; ale vdova muož pojieti muže, ktož se jí líbí; neb jest sama sebe mocná; muož se i svouj statek dáti komu chce.

LXXXVI. De judiciis puellarum praedictarum.

Judicia de praedictis puellis et viris fienda, intelligi debent esse discreta; videlicet si puella delinquens taliter de genere militari aut civium aut supra fuerit, tunc judicium ad regis euriam solam pertinet incessanter; si vero generis inferioris exstiterit, tunc ad justitiarios seu correctores una cum villico regio provinciae illius, in qua dicitur delinquisse, idem judicium intelligitur pertinere.

O súdu panenském.

Zdá se nám, když která panna, dcera, panie rytieřova nebo měšťenina králova tak by se vdala, že to má krutě súzeno býti královým súdem; pakliby která z nižšího stavu tak provinila, to má súzeno býti před popravci nebo vladuřem toho kraje.

LXXXVII. De bonis propter excessus confiscandis.

§. 1. Bona seu hereditates delinquentium, quas quaeve propter diversa crimina in pluribus constitutionibns nostris jussimus confisciari, modo subscripto debere intelligi declaramus: videlicet, si bona hujusmodi sint libera, vel alias sub dominio nostro vel emphyteosi tenentur, ea ad fiscum regium decernimus pertinere; §. 2. si vero emphyteoticaria vel censualia, aut alias in oppidis seu terris baronum nostrorum vel nobilium situata, ea dominis, quibus jus emphyteoticum aut census debetur, vel in quorum terris seu dominio bona consistunt, intelligimus et volumus applicari.

O sboží a o dědinách proviněných.

Ej kdyžby sbožie nebo dědiny svobodné neb purkrechtnie neb městské, jenž pod našiem panstvím jsú, pro kterú vinu proviněny byly svobodné, ty do naše komory královské mají připadnúti; pakliby purkrechtnie neb úročnie, v městeckách nebo na zemi za pány, tém jich úrokové nebo poplatkové nemají zahynúti.

LXXXVIII. De petitione debitorum.

§. 1. Si quis aliquem quoquaque genere debitorum sibi dixerit esse obligatum, jus suum per citationes legitimas et alias consueto judicio prosequatur, non autem, ut quidam fecisse dicuntur, opinionem illius maculet infamando. §. 2. Quod si fecerit, sex septimanis disciplinari regiam arbitrio patiatur.

O upomienání z dluhu.

Témuž také chceme, aby nižádný z dluhu upomienaje nižádného nchaněl, ale dluhu svého puohony řádnými a jinými obyčeji súdnými dobýval; pakliby jinak svého dlužníka haněl a na jeho čest lániem sáhal, ten šest neděli má trpěti královu kázeň.

LXXXIX. De jure regio in abbatum electione.

Antiquo jure regni nostri cavetur, quoties abbas vel praepositus aliquis eligeretur, autequam possessionem jurium monasterii vel praepositurae realiter adipiscatur, quod talis electus unum dextrarium valoris XX marcarum argenti celsitudini regiae debeat praesentare, vel cui regalis munificentia duxerit concedendum..

O královu právu, když zvolí opata nebo probošta.

I bude-li opat nebo probošt zvolen na své duostojenství, tehdy prvé, než bude v sboží puštěn, má z práva dáti králově relebnosti hynšt za dvacetí hriven, a to jest právo z rádu starého zachované.

XC. De querelis contra regios officiales.

§. 1. Si quis exponere querimoniam contra procuratores nostros sive provinciarum justitiarios, qui vulgariter dicuntur poprawczones,

voluerit, regiae majestatis praesentiam adeat, vel judicis curiae auditorium quaerat. §. 2. Qui coram se partibus evocatis, simul cum kmetonibus merita causae diligenter examinent; et si dictum procuratorem seu justitiarium injuriam intulisse conquerenti reperierint, quantum ad res pertinet, judicium ferant, et ablata si sunt restitu faciant querulanti, et alia quaeque damna et sumptus debite resarciri. §. 3. Persona vero, si casus hoc poposcerit, per solam Majestatem regiam corrigitur.

O žalobách proti úředníkům královým.

Chce-li kto žulovati na úředníky králový nebo na jeho popravce, to má učiniti před králem unebo před jeho dvorským sudiem; a on sudie má k tomu přivolati pány kmetie a plně žalobu žalujiecieho vyslyšeti; a má podle nálezu kmetského kázati žalujieciemu otložiti škody i náklady tomu popravei nebo úředníkovi; a jestliže se dotkne života, k jeho osobě král má popraviti toho.

XCI. De querelis contra villicos regales.

§. 1. Qui a villicorum nostrorum aliquo se passum injuriam dicere voluerit, nostrae curiae judicis auditorio implorato, cum dicti judicis literis aut nuntio locum repetat, ubi habitat villicus supradictus. §. 2. Qui simul et kmetones villanorum dicti loci querelam examinent, et super ea, quantum ad res pertinet, judicium ferant; personali judicio, si casus exegerit, soli curiae judici reservato. §. 3. Et si forte querelans dictorum kmetonum et villici actum judicium non probaret, liceat ei super eadem querela vel causa ad dictum judicem curiae habere recursum, qui ordine debito, vocatis coram se partibus supra expositis, faciat justitiam expeditam.

O žalobách na vladaře králový povesné.

Dieme o našiech vladařiech povesniech, chce-li kto z viny na ně žalovati, má ot dvorského sudskeho list vzieti nebo posta, a jej předeň do jmenovitého města a ke dni jistému pohnati; a tu má sudie s jinými kmety toho vladařstvie, jestli žaloba k statku a sbožie, té pře súditi a pravého při pravdě ostaviti; pakli se dotýče života, s tiem má k králově milosti hleděti.

XCII. De bonis, quae ad regiam cameram dicuntur devoluta.

§. 1. Bona, quae ad regiam nostram cameram devoluta dicuntur quacunqu ratione vel causa, debet judicx nostrae curiae,

statim cum ad illius notitiam perveniret, ad manus curiae dictae recipere, seque de ipsis intromittere per nuntios nostros, et servari custodirique facere diligenter, nullam de his distractionem seu diminutionem fieri quoquomodo passurus. §. 2. Deinde in foro Pragensi, et in alio propinquiori ipsis bonis, facere voce praeconia publice proclamari, qualiter de bonis, quae quondam fuere talis N. velut ad regiam cameram devolutis, se debite intromisit; §. 3. super quibus, si quis jus aliquod se habere credit, infra dierum XIV terminum coram eo apud Pragam curet, ostensurus de jure suo legitime, comparere. §. 4. Quod si nullus infra dictum terminum comparere curaverit, tunc secundo et ultimo ac tertio peremptorie consimili forma et dierum spatio terminus assignetur. §. 5. Post cujus peremptorii lapsum, nullo infra praedistinctos terminos comparente, bona praedicta per adjudicationem baronum camerac nostrac maneat confiscata. §. 6. Post peremptorium veniens ad judicem nostrac curiae, jus aliquod se habere dicens in bonis, quae ad regiam cameram sunt devoluta et iam per eundem judicem capta dicuntur, nullatenus audiatur; nisi per argumenta evidentissima aut testes idoneos posset ostendere, quod a die primae proclamationis, et subsequenter continue per totum tempus trium dilationum, absens a terra fuerit, propter quod non potuerit, prout est verisimiliter presumendum, ad ejus notitiam proclamatione pervenire, nec infra proclamatatos terminos comparere. §. 7. Quo casu, probata prius absentia praedicta, licet ei infra totidem terminos et intervalla dierum, a die regressus ipsius in terram ipsam numerandos, si voluerit, legitime comparere et jus suum prosequi condecenter. §. 8. Si quando infra terminum quis comparens legitime, in bonis, quae ad nostram cameram devoluta dicuntur, quacunque ratione jus melius quam nostra curia se habere monstraverit: veritate reperta, factaque sibi adjudicatione bonorum ipsorum per barones, ut decet, volumus et jubemus eidem bona omnia supradicta ex integro, omni diminutione cessante, per judicem nostrac curiae resignari. §. 9. Si quis post adjudicationem bonorum, quae ad nostram curiam devoluta fuerint, per barones curiae nostrac factam, judici aut nuntiis dictac curiac de bonis ipsis se nostro nomine introuerit, spiritu temeritatis tantae assumpto, contradixerit, nec illis condescendere voluerit: ex tunc rebellis et proditionis regiae majestatis infallibiliter ceuseatur et ab omnibus reputetur. §. 10. Si vero ante adjudicationem, comparando scilicet infra statutos terminos, et de jure suo, quod habero se dicit super bonis ipsis, cum nostra curia litigando, hoc fecerit: tunc non de rebellione, sed de sumptibus nostrac curiae satisfacere, et interesse dumtaxat dictae curiac teneatur.

O sboží na krále spadlém.

Poviedáme, že sbožie a dědiny nebo kterékolivěk vči měly-liby snad na krále připadnúti po smrti čiežkolivčk: tehdy sudie dvorský má se v také sbožie nebo dědiny uvážati a toho neutracovati ani umenšovati; a má také to sbožie v Praze anebo v najbližšiem městě toho sbožie první rok čtrnácte dní provolati, druhý rok opět čtrnácte dní, a třetí rok opět čtrnácte dní, že se jest v takoré sbožie uvázel, jakožto spravedlivě na krále spadlé; a nepokáže-li se kdo s otporem v těch časiech v Praze, tehda sudi dvorský a páni kmeti mají to sbožie králi přisúditi. Pakli kdo otpor rloží v těch časiech, tehda také to dvorským sudím a pány kmety má odsúzeno býti podle ukázání pána krále a podle líčenie králova práva a spravedlnosti. Litujiece toho, ktožby v zemi v ty časy nebyl, ač taká sbožie prvé, druhé i třetí provolána by byla, a on potom přijeda do země pokázel to svědky nebo železem horúciem, že jest v zemi ty časy nebyl, když na tuká sbožie voláno jest bylo; a klyž to okáže, tehda má jemu dán býti rok první, druhý i třetí, jakoz břzí provolánie ku pokázání jeho práva; a tepruv královo právo a jeho kteréž pokáže, má dvorským sudím a pány súzeno býti. — A ten, kdož dědiny, nebo které vči proti královu dvoru panským nálezem obdržal, má jemu dvorský sudie ty dědiny bez umenšenie a pohoršenie zase navrátiti v celosti. — Tehdy kdyžby které dědiny skrze sudieho a pány zemské královu dvoru byly přisúzeny a poslové ot úřadu k tomu, kdož je drží, byli posláni, a on jich násiliem nepostúpil, tehdy za zrádci králova má jmien býti. Pakliby kdo s našiem dvorským sudiem o takoré sbožie nebo dědiny se súdě před provolániem nebo přisúzeniem v ty dědiny se uvázel: tehdy náklady všecky má navrátiti drorskému sudiemu, a to učině, bude-li panským nálezem práv shledán, při dědinách má zuostati.

XCIII. De castrorum vel munitionum devolutione.

Si castra vel munitiones aliae in bonis, quae nobis dicuntur devoluta, consistant, pro quibus custodiendis forte, vel aliter, sumptus nostra curia fecerit, et ex post facto alias melius jus habere in illis repertus extiterit: debeat eadem curia dictos sumptus sibi, non alii, imputare.

O nákladiech na tvrz nebo na hrad.

I bude-li která tvrz nebo který hrad narčený a na krále připadený, a v to se dvorský soudie uvieže a náklady učiní, a potom ty trrze nebo hrady někto královým právem obdrží: má v těch nákladiech dvorskému sudiemu hymúti a jemu navrátit podle ukázání spravedlivého.

XCIV. *Bona caduca per quem debeant gubernari.*

§. 1. Hereditate quacunque ad regiam cameram devoluta, bona ipsius mobilia per quemquam nolumus occupari, sed illa per nuntios seu judicem nostrae curiae, sicut ipsa hereditas debet gubernari. §. 2. Qui vero quidquam ex dictis bonis ausus fuerit surripere, jus regium se noverit offendisse.

Ktožby se uvázel v dědiny na krále spadlé.

Ktožby se v dědiny na krále spadlé uvázel, ten nábytky, kteřiež tu budú, má zachovati; pakliby co utratil, to jest proti královu právu.

XCV. *De unione bonorum.*

§. 1. Sicut volentibus est permisum bona et hereditates suas aliis concedere, tabularum forma servata: sic et illa bonis alterius unire et communicare nullatenus denegamus, dummodo communicantes et unientes invicem taliter bona sua solemnitatem debitam servare non omittant, quod ea ad terrae tabulas debite apponantur, et adeptio possessionis et proclamatō locis et dilationibus congruis subsequantur, prout aliis constitutionibus nostris plene cavetur. §. 2. Si uniti in bonis eorum separati habitant, sumptusque quisque separatos faciat et in diversis castris vel locis aliis: non propterea intelligatur unio fraudulenta vel simulata, dummodo probare possint, si necesse fuerit, per testes idoneos coram baronibus, quod alias in dannis et emolumenis omnibus uniti participant et contribuunt. §. 3. In bonis se dicentes uniti, licet in uno eodemque loco vel villa sedentes seu larem foventes, si tamen eorum quisque bonorum suorum administrator et rector existat, et sumptus separatos faciat, separati sunt potius judicandi, nec unionem alleganti creditur, nisi testibus idoneis plene probaverit, quod unio ipsorum, non obstante divisione vel separatione praedicta, sine omni figmento, simulatione et fraude procedit. §. 4. Si hereditas alterius unitorum in bonis propter crimina per eum forte commissa veniat confiscaanda: tunc aequali facta divisione bonorum omnium simul unitorum, pars sua ad regiam ca-

meram devolvatur, parte reliqua penes alium consocium illaeset et solida remanente.

O spolčení před pány.

Jakož dskami ršecky věci se potvrzuji, též také když se dva spolčita dřdinami, nebo jeden druhého přijímá na dřdinu přede pány na plném súdě, a zachovají sobě slavnost dskami, ač toho komu co potvrdí, to má býti mocno a to mají učiniti s obou stranu zjevno a v tom kraji provolati, v kterémž ty dědiny jsú a ležie. Ej ačkolivk rozličná sbožie neb hrady příbuzní by drželi mezi sebú a společně na takáž sbožie nakládali, to jest vždy spolek spravedlivý, a u přichodě, může-li to počestnými svědky pokázati, tehdy ti mají požievati spolku toho. Čiem také spolek obdržien býti má, když se přihodí, že spolu některí sedí v jedné rsi a každý své sbožie drží obláště a požievá a spolu obydlenie mají; však by tiem dielni byli, že každý oblášč své má. Lečby podobnými svědky pokázali, žeby nebyli dielni od svých předuov nebo starost, a ti svělkkové přisahú prošli-liby, že jich spolčenie jest bez zámyslu a bez falše. Zjerně každý pro svú zlost svuoj diel dřdin společných proviniti muož do královych komory, a diel jeho dřdin má odlášen býti komornicím druhem ot druhého společníka, a má o to býti losováno, tak že diel nevinného společníka dřdin má ostati bez poskvrny při něm v právě.

XCVI. De solutione census per Judaeos.

§. 1. Judaei quicunque, licet in bonis nobilium residentes, in census solutione ad cameram regiam pertinent pleno jure. §. 2. Et si quis forte quoquo temeritatis spiritu præsumeret contrá facere vel defendere, quominus ad solutionem dicti census ipsi Judaei dictae camerae sint astriicti, velut rebellis majestati regiae puniatur.

O židech.

Námi jest ustaveno, kdyžby židé které dřdiny vladycic nebo jiné svobodné měli a držali, mají s třech dřdin úrok platiti do komory královych, a ktožby se jim protivil neb jim překážel, v nemilost královu upadne.

XCVII. De hereditatibus Judaeorum.

§. 1. Si quam hereditatem alieni Judaeorum occasione debitorum suorum obvenire contingat, illam vendi vel alienari quomodo-

libet non licebit sine regia licentia speciali; §. 2. quam deum ad cameram nostram non est dubium arbitrio regio de jure regni et consuetudine approbata debere devolvi.

O židovských dědinách.

Tu opět pravíme, když kterému židu která dědina v dluzech by se dostala, té dědiny bez královny ruole žádnému žid prodlati nemá aniž móz; neb taká dědina přísluší k králově komoře.

XCVIII. De hereditatibus emptis.

Hereditatem, quam quisque emerit, ejusunque conditionis, dignitatis aut status emptor existat, eo jure, hisque libertatibus vel oneribus sciat se tenere debere, quibus praedecessores sui tenere consueverant et debebant; (cum iuris ratio hoc exposcat, rem quamlibet ubique transire cum suis onere et honore.)

O dědinách kúpených.

Přihodí-li se komu, žeby dědiny které kúpil, buď knieže nebo pán nebo jiný, v témž právě a poplatcích těch dědin má požívat, jakož ty dědiny právo mají.

-XCIX. De bonis claustralibus.

§. 1. Singuli abbates, praepositi vel priores quorumcunque monasteriorum vel claustrorum, (quae deo propitio in regno nostro Boemiae sunt plurima), bona et jura, quae a praedecessoribus nostris Boemiae regibus illustribus, seu ducibus, aut etiam quibusunque personis aliis dicti regni receperunt, et quae sub dominio regio tenere noscuntur, singulis regibus semel saltem in vita ejusque regis recognoscere debeant omnimode, sicut antiqua consuetudine reperimus observatum, et novas literas confirmationum vel approbationum a singulis obtainere. §. 2. Quid si facere omiserint, sciant se bonis predictis ad tempus infallibiliter carituros, per regiam cameram conservandis, donec confirmationum literas obtinuerint et recognitionem fecerint supradictas.

O sboží klášterském.

Rickáme, že každý opat, probošt nebo jiní duchorní lidé každému králi nebo pánu svému, za nižž svá sbožie mají, po

smrti dřevnieho krále nebo pána v roce a ve dni mají se s svými dědinami opověděti, a na potvrzenie svých sbožie listov dobyti. Pakliby .kto toho neučinil, tehdy mají se jemu v jeho dědiny uvázati a ty držeti do času, dokudžby toho neučinil, jakož se svrchu jmenuje.

C. De proscriptis.

Veneranda decrevit antiquitas, quam consuetudo longissimis temporibus servata probavit, de publicis aut arduis criminibus diffamatos ac notatos per consules seu scabinos provinciarum proscribi, et proscriptos demum, ordine servato, supplicii ultimi poena damnari. Quod secundum antiquam observantiam declarantes, saucimus: §. 1. Nullis consulibus seu scabiis cuiuscunque regionis seu patriae licere proscribere vel proscriptos notare aliquem terrae nobilem seu baronem; §. 2. Possint tamen, si quem ex dictis nobilibus proscribendum invenierint, baronibus justitiariis et correctoribus illius provinciae nunciare atque deferre; §. 3. Qui talem eis per consules nunciatum debent omni occasione remota Majestati Regiae intimare.

O psancích.

O tom právime, že konšelé zemských krajov zlořečené a vinné podle řádu zachovaného psátí mají a na smrt dáti; lečby byli páni nebo šlechtici hodní psánie, ti mají prvé opověděti a věděti dáti pánuom, purkrabiem a popravcem, a oni hned mají to na krále vznéstí.

CI. De proscriptione baronum.

Barones justitiarii et correctores cujusque provinciae debent baronem alium unumquemque, qui proscribendus fuerit, proscribere et nominare proscriptum, (ne justitia, quae cunctis debet esse communis, quanque nostris temporibus coli assidue volumus et tenaciter observari, alicujus singularitate personae a recto tramite declinetur).

O zjevení psunce pána.

Tomu také chceme, kterýžby pán psánie byl hoděn, aby toho konšelé neopuštěli psátí a psáním jej oznámili; nebo spravedlnost nemá minuti i urozeného.

CII. De accusationibus civilibus super spolio. rapina et furto.

* Civiliter agere volentibus, qui forte criminum poenas humanae intuitu pietatis abhorrent, jus suum prosequentes potius quam vindictam, de approbata consuetudine dicti regni sunt parata remedia, quae omnibus fidelibus nostris, sicut decet nostram justitiam esse, communia intendentes et nemini variare licere, sancimus: §. 1. Quandounque aliquis spoliatus querimoniam civilem, illatum sibi damnum per spolium, vel restitutionem rerum ablatarum petendo, facere disponsnerit: hoc infra septimanas duas, diem commissi spolii immediate sequentes, beneficiariis judicij sive czudac, ad quem pertinet, notificare procurat, coram eis protestando decenter, quod pro praemissis intendit citari facere spoliatoreni. et super eis jus suum prosequi tempore opportuno. §. 2. Spoliatus, notificatione et protestatione factis coram beneficiariis czudac, debet a di-tributore minorum cameriarorum sen bedellorum unum bedellum petere et recipere ad citandum; quo simul sibi assistente, cum quem citare decrevit, cum querimonia integra vel signo ipsius querimoniae, et termino quatuor septimanarum vel sex ad plus, ad terrae tabulas imponi faciat et describi, deinde adversarium suum, ut moris est, citari. §. 3. Quis que bidellus juxta provinciam sibi decretam citationes solus per semet faciat; si vero citandus provinciae fuerit alterius, tunc adhibito sibi bidello loci illius dictae provinciae, in quo citandus dicatur habitare, ambo simul citationem faciant ad diem et horam assignatam vel aliter consuetam. §. 4. Bidelli faciant citationes personales, si citandos reperierint in persona, quod citandus in termino assignato debeat coram beneficiariis comparere tali die N. de justitia responsurus; alioquin ad domos habitationum citandorum, coram familia, vel vicinis, familia forte absente. §. 5. Similiter, si opportunum fuerit, citabunt in foro publice populo convocato loci proxime adjacentis, in quo citandus ipse, vel sui forum consueverant visitare; et si expedire videbitur, etiam judici et duobus iuratis dicti loci citationem ipsam nuntiabunt pro futura cantela. §. 6. Adveniente termino citationis, bidellus sive bidelli citationem per eos factam beneficiariis nuntiabunt, et relationem decentem facient, baculos in manibus de more gestantes, qui citandi officium eis commissum denotant et demonstrant. §. 7. Actore in termino comparente, quod facere debet coram vice-camerario, vice-judice ac notario et ceteris beneficiariis minoribus, et querimoniam suam per se vel alium proponente, citatus, si praesens fuerit, petitio consilio praecedente, si voluerit, dicet per se vel alium ad objecta, quaecunqne videbuntur sibi opportune dicenda. §. 8. Per quae si non poterit evadere, tunc sibi liceat quaerere ab actore de anno, die et loco damni, quod sibi illatum asserit per eundem, actorem

cogendo de certo vel terminato tempore respondere. §. 9. Quae reret etiam subsequenter liceat a vice-camerario et vice-judice tantum, si dampnum propositum et assertum fuerat y eis infra certum terminum nunciatum; illis respondentibus, quam reperierint veritatem. §. 10. Post praemissa vero ad petitionem citati tabulas legere debet; quorum tenore discrepante forsitan in dictione una vel pluribus a proposita querimonia, de antiqua consuetudine suprascripta statim cadit actor a causa; quam tamen per aliam formam et in alia instantia potest infallibiliter restaurare. §. 11. Tabulis in nullo a querimonia discrepantibus, terminus ad jurandum partibus assignetur. Quo adveniente, partes ipsae debeant coram beneficiariis personaliter in termino comparere infra tempus pulsationis campanae ad horam primam in castro Pragensi; qua pulsatione de more finita, exhibeantur partibus praestanda debita juramenta.

* Cf. Jus regale montanorum IV. 7, 7.

O lípeži a o zlodějství.

O tom, kdyžby kto ohlípen byl nebo okraden, to má osvědčiti mestom anebo popravcem ve druhu neděli, a to aby mohl z toho pohniti, nebo jinak po právu na zloděje nebo na lípežníka résti, táhna se na své osvědčenie. Známo buď, že o zlodějství a o lípež po osvědčení má vrzeti každý komorník, a svého zloděje pohnati ke čtyřem nebo uajviec k šesti nedělem a žalobu naň provesti. Pohniti každý komorník můž sám v tom kraji, k kterémuž pohnaný přisedí: pak-li bude v jiném kraji pohnaný přiseděti, tehdy komorník Pražský s komorníkem toho kraje ke dni a k hodině z práva pohnati mají. A rádem komorníci pohniti mají tímto: Nalezní-li koho osobně, mají jemu pověděti, kdo jej pohní a k kterému roku a k kterému dni; pakli toho doma nebude, mají pověděti jeho čeledi nebo jeho sousedoum, u jestli potřebie, mají v najbližšiem městě taky puohon trhem ohlášiti a osvědčiti. Zjevujeme, že komorníci mají puohon počestně, před úřednieky zemskými, držicec huolky v rukú dřevenné (vzdvižené), oba za jeden člorék vysvědčiti a tak svouj úřad zachovati. Když po rysvědčení pohonu puovod stane před úřednieky, totiž před komorničiem druhem, před pod sudkem a před piesárem nebo jinými úřednieky, a provede žalobu, tehla pohnaný sám skrze se nebo skrze jiného se má otázati: Osvědčena-li jest naň škoda pod sudiemu za času; také muž ožmlívati, že není právě pohnán, že žena nebyla doma nalezena, že neosvědčil pohonu v městě a že mečem pásán jej pohnil a neměl huolky v ruce a neokázel pečeti úředniečí etc. Bude-li rádem pohnáno a žaloba z deseti hřiven jest, tehdy úřednieci menšie to súdie; pakli viec, tehdu páni. Ej kdyžby

žaloba ve dsky vložená nesjednala se s puorodovým řečiekem, tehdy pôvod ztratí svú pri, ale muž jinak proměně žalobu znova žalorati. Kdyžby se dsky s žalobou nedělily a žaloba prošla, tehdy úředníci zemšti menší dadiie stranám rok ku přísaze, a tu dokudž ku primē na hradě zvoní, mají se strany s stranami oporvěti a úředníci obecní přisahù v kaple mají vydati přisahajieciemu.

CIII. De juramento in causa spolii vel rapinae.

§. 1. Juramenti formam super causis spolii vel rapinae et his similium, observatam antiquitus, novimus esse talem: Videlicet actor, juxta capellam assistentibus capellanis ad haec specialiter ordinatis, ingrediens ipse personaliter, vel alias loco sui quem duixerit eligendum, ter informatus per vice-judicem ant alium ad hoc deputatum, positis digitis super crucem, jurabit; et si primo vel secundo jurando non processerit, vel digitos de cruce levaverit, tunc tertio dicatur sibi, quod se debeat emendare. §. 2. Qui si se non emendaverit, causam suam ipso facto se neverit perdidisse. §. 3. Actore antem procedente in jure praescripto, citatus simili modo jurare teneatur. §. 4. Qui si processerit, tunc alias duos viros idoneos, non tamen eos ad tabulas apponendo, debet habere, quorum quisque per se jurabit, informatione recepta prius: „quidquid citatus ille juravit, verum continet juramentum.“ Qaibus viris et citato praedicto procedentibus in juramentis eorum, citatus ipse absolutus a causa totali intelligitor ipso jure.

O rádu přisah.

Z starého zachovanie pôvod ku přísaze do kaply má veden býti a podsudie nebo jiný úředniek má jemu podlé žaloby rotu vydali, a on má dva prsty na křeži pod kolennem a nad hřebiekem Božiech muk položiti a má třikrát naučen býti, kterak má přisahati, a nemá dví hákuov (nebo prstuov) s křicže zulvihnuti, dokudž jemu úředníci nekází, a má se z práva třikrát opraviti. A když se potřeti přisahaje neopraví: tehdy k snípeři ztratí svú pri; pakli přisahá je projde, tehdy dea má muže počestná ve dsky ſnevložená mieti, kterážto, jakž naučena bude, máta popříseři nu to, což jest puorod přisahl, že jest to přisaha prarú. A pohnaný také má přiseři, do třetice se opravuje, a když neopraví potřeti přisahaje, tehálá hneil svú při ztrati.

CIV. De exsecutione sententiae.

§. 1. Citato convicto, defectu forte probationis aut contumacia, vel quacunque alia justa causa: actor, quando voluerit, alium bedellum, praeter illum qui citationem fecit, petat, qui mittatur ad victimum, monere

eum, quod super causa jam obtenta cum actore concordet infra duas septimanas. §. 2. Quod si facere recusaverit, unus ex beneficiariis ad hoc deputatus, adhibito sibi bidello alio, praeter eos qui in citatione et monitione fuerunt, eundem actorem in possessionem hereditatis victi praedicti pro quantitate pretii aestimati damni petiti super redditibus annuis hereditatis ipsius, (computando scilicet ad rationem marcae unius anni redditus pro pretio marcarum decem), inducet; et pro totidem fiet inductio et modo simili terrae beneficio, ut est moris. §. 3. Hereditate censuali non exstante vel non reperta, fiet per beneficiarium et bedellum assignatio super bonis hereditatis victi ad araturam sistentibus, actori, usque ad concurrentem seu sufficientem quantitatem aestimationis damni illati; et ad totidem beneficio, titulo verae obligationis et purae. §. 4. Debent practerea beneficiarius et bedellus incolis hereditatis, super qua inductiouem vel assignationem fecerint, significare, qua de causa et cui fecerunt inductionem vel assignationem praedictam, eisque praeccipere, quod abinde inantea actori inducto tamquam vero domino hereditatis debeant respondere, vel infra septimanas duas continuas a die significationis praedicta numerandas cum omnibus rebus eorum exire de hereditate praedicta. §. 5. Quod si dicti incolae nec respondere actori tamquam domino, nec de hereditate exire curaverint: tunc licet actori praedicto, adhibitio sibi bidello, illo scilicet, qui interfuit inductioni, vel eo deficiente, alio per beneficium assignato, bis in anno in dicta hereditate licite dominari, recipiendo equos et pecora tantum pro culpis ipsorum et sumptibus factis per eum; medietate tamen equorum et pecorum praedictorum taliter receptorum beneficiariis applicanda, et medietate reliqua penes actorem ipsum remanente. §. 6. Infra vero annum aliud proxime subsequentem actori praedicto vel suis hereditibus, (eo forte defuncto), debet hereditas dicta taxari per vicecamerarium cum bedello, similiter et beneficio, usque ad concurrentem quantitatem pretii aestimati damni, in redditibus annuis sive censibus, ad rationem unius marcae censualis pro decem. §. 7. Post quam taxationem poterit idem actor vel heredes sui iterum, semel tantum forma, qua supra, dominari in hereditate praedicta. §. 8. Quibus omnibus solemniter adimpletis, praedicti beneficiarii et actor, et eorum quilibet, de hereditate cuique taxata disponere poterint, velut de re propria, ad arbitrium liberæ voluntatis.

§. 9. Similia judicia similes debent concomitari processus; quia ubi eadem ratio reperitur, idem jus debet statui, non diversum. Propterea praesenti sancimus edicto, praescripta omnia et singula in effectum trahi et servari debere in judiciis et processibus quibusunque fiendis, non solum super spolio, sed etiam super rapina, furto, sublatione censuum, et his consimilibus vel annexis.

O redení práva.

Póvod když právo po přísaze sdrží, tehdy má vzeti komorníka jiného, než na puohonu byl rydán, a má jemu napomáti pochnaného, aby se s ním smluvil s puovodem re dvú neděli. Pakli by se nesmluvil, má jemu úředniek rydán býti s komorniekem s jiným, než na puohonu a na úmluvě byli, a tak mají vrásti pôroda v dôdiny pochnaného, a plat roční kopu platu v deseti kopách othádati nebo položiti. A jestli ze škod pôhon, tehdy úřadu tolíkéž, nebo jakž jest obyčej. Kdyžby kto ku právu stál a vedl a pochnaný nemôl platu ani úrokuor, tehda pôvod tiem úředniekem a komorníkem má reden býti na poplužné dôdiny pochnaného a mají jemu othádati třch dôdin, jakž jest právo, a úřadu tolíkéž. — Čredník s komorníkem tím, kterýž na pôhonu byl, má po vzrodu tiem ktož drží na némž jest pôvod neb jeho dôdice, kdyžby on umrel, oznamiti a přikázati, aby jemu poplatky a úroky ročnie vydávali jakožto pánu svému dvakrát v roce. Pakliby toho neučinili, tehda ve dvú neděli mají se z dôdin svých vybrati a jich postúpiti. Pakliby nepostúpili, tehda pôvod s komorniekem s tiem, kterýž s niem byl nebo kteréhož jemu úřad vydá, drukrát do roka má panovati a tu koné u dobytek bráti v té vêci, jakož rád zálezie, a má toho polovici k úřadu dáti. A kdyžby opanoral, jakž rád káže, tehdy komorniech druh má jemu puovodu a úřadu s komorniekem odhádati ku pravému dôdicství. A po othádání pro dokonanie všeho práva má tolík jednú pôvod a úřad panovati, a potom z nich učiniti jako z svých dôdických, což se líbi.

Cheme také i přikazujem, aby o všecky vêci, kterýchž se dotklo, tiem rádem a obyčejem súzeno bylo, jakož jsme již položili.

CV. De actione civili super excussione seu effractione domorum.

* Contra excussores seu violentos invasores domorum dominis aut incolis eorum civiliter agere * permittitur, si debite voluerint. §. 1. Debet enim dominus vel incola domus excussae, tempore quo domus excutitur, nocturno potissime vel diurno, si poterit, alta voce clamare, quod vicini possint audire clamorem; et subsequenter statim, quam cùtius debite potuerit, vicinis ipsis significare violentiam sibi factam et illatam. §. 2. Exensus infra septimanas duas, proxime subsequentes diem excussionis ingestae, notificare debet beneficiariis terrae ipsam excussionem; a quibus bedellum recipiat, qui prospectum excussionem vadat, et de ea a vicinis, et aliter ut melius poterit, diligenter inquirat; et singulariter ostia domus et alia suppellectilia, confracta forte vel aliter dissipata, conspiciat, convocatis vicinis ipsis etiam, quorum testimonium imploretur. §. 3. Inquisitione facta summarie, excusus idem bedellum alium recipiat ad ci-

tandum; quem simul et renum, qui citandus est, cum querimonia vel signo ejus. et termino quatuor septimanarum ad minus, aut sex ad plus, ad tabulas terrae decenter imponat. Qui ad citationem debito more facere non omittet. §. 4. Adveniente termino, proposita querimonia per actorem, citatus si comparuerit per se vel procuratorem, dicat adversus querimoniam, quae sibi videbuntur opportuna; deinde quaerat ab actore et beneficiariis, ut moris est, ut supra in capitulo de spolio declaratur. §. 5. Quaeret etiam singulariter ipse citatus ab actore. si bedellus adest, qui debuit excussionem prospicere et inquirere; qui debet adesse, et praesentibus partibus in judicio plene referre, quicquid vidit et a vicinis percepit, cum anno et die, de excussione jam dicta. §. 6. Si bedellus in relatione dictae inquisitionis circa annum aut diem discrepaverit a dicto actoris, super quo interrogatus exstiterat a citato: actor idem statim cadit in causa, quam tamen sibi restaurare potest, debita forma servata. §. 7. Non discrepante relatione bedelli a dicto actoris, super quo interrogatus exstiterat, citatus faciet tabulas sibi legi; quibus cum querimonia proposita concordare repertis, procedetur ad reliqua, sicut supra rubrica de spolio plenius continetur.

O vybijení domuov.

V 75c,

Kdyžby kto výboj nebo běhání a útok učinil na dóm v noci nebo ve dne, chec-li na něm toho dojiti hospodář, má hlasem vysokým křičeti a obapolníem súseduom osvědčiti a ihned má okázati ten výboj a násilé témž obapolním súseduom. Vybitie nebo násilé komu se stane, má ve dvů neděli přijeti před úřad a žádati komornicka, aby ohledal jeho škodu a výboj. A on přiveda nebo přivolaje súsydy k tomu má ohledati dřvi a k tomu rúcho nebo jiné vřci, jestli co ztrháno neb poskvrněno, a má se tázati těch súseduov, slyšali-li jsí křik, a jestli jim to osvědčeno. Po tom uptáni vybitý má vzeti komorníka jiného, než na ohledání byl, a má pohnati toho výbojejí najméně ke čtyřem nedělem a najvíce k šesti, a ve dsky póhon i žalobu vložiti. Po žalobě pohnaný odpoviedaj sám skrze se nebo skrze poručnicku, což se jemu zdí za podobné, v tom bud řád zachován, jako o lípeži napřed psaném. Tázati má pohnaný na svědčení póhonu toho komornicka, kterak se jest toho uptal, a komorník má před stranami v plném súdě vyznati, což jest slyšal o tom výboji a viděl dveře, rúcho a jiné vřci tak násilím raněné a poskvrněné. Ačby se komorník omylně nebo nezpamětlivě pochybil roku a dne, kdy se jest to stalo: tehda v ty časy ta pře jest přešla a pominula, ale potom muoz opravena a navedená býti. A kdyžby se žaloba se dskami sjednala a vyznání

komorničie toho skutku: tehdy na pohnaného má vedeno býti, jakž napřed řečeno jest o lípeži.

CVI. De eo, qui cum animalibus suis blada destruxerit aliena.

* §. 1. Siquis jus suum prosequi adversus alium quem dicere velit blada sua cum animalibus conculcasse vel aliter devastasse: illatum sibi damnum debet primo beneficiariis terrae facere notum, a quibus recipiat bedellum, qui conculcationem vel devastationem illam diligenter inspiciat, et damnum inde proventum consideret, ut suo loco et tempore beneficiariis supradictis de praemissis relationem possit facere condecentem. §. 2. Post praemissa recipiat dictus actor bedellum alium ad citandum, quem cum citato, querimonia et termino competenti ad tabulas poni faciat, debita forma servata. Et termino adveniente judicii, bedellum debet habere, qui devastationem inspexit et danum; qui partibus comparentibus in judicio supradicto, plene referat de his, quae consideravit et vidiit. Circa quae et cetera subsequenter agenda procedatur, ut supra in similibus seriose describitur et notatur.

Ktožby komu obilé spásł.

Ačby kto dobytkem svým obilé komu potlačil nebo spásł, to má úředníkem osvědčiti a komornicka ot nich vezma, jemu to potlačenie aneb spas okázati a časem svým úředníkem opověděti má. Potom vezmi jiného komornicka na póhon a toho žalobu ve dsky vlož. A když bude k súdu, tehdy komorníka toho, jemuž jest ta škoda svědoma, veď tím řádem a obyčejem, jakož svrchu jest psáno.

CVII. De actione civili super succisione silvarum, annonarum, pratorum, captura piscium et his similibus.

* §. 1. Silvarum, arborum, annonarum, pratorum succisio vel surreptio, aut captura piscium et his similium, per omnia fere eundem processum requirit, quem supra de vastante aliena blada cum animalibus suis exposuimus, additis particularibus infra scriptis, quae aliquando in causis hujusmodi novimus contigisse. §. 2. Si in causa aliqua praemissarum citatus reus a judice petierit bedellos seu nuntios partibus assignari, qui prospectum accedant hereditatem et locum ipsius, in quibus asseritur per actorem damnum illatum: eo casu bedellis duobus, uno scilicet utrique parti, concessis, a judice terminus preemptorius assignetur, in quo debeant dietae partes per se vel procuratorem seu commissarios suos, una cum bedellis, in hereditate

praedicta interesse, et propositum damnum inspicere, ut convenit, diligenter; alio insuper termino assignando, in quo partes eadem cum dictis nuntiis coram judice dicto compareant, relaturis bedellis ipsis, quae gesta per partes in eorum praesentia fuerint circa causam in hereditate jam dicta; his omnibus prius in terrae tabulis debite ut decet consignatis. §. 3. Adveniente termino, in hereditate ipsa partibus existentibus et bedellis per judicem assignatis, actor pedes, depositis vestibus consuetis, vidente, audiente et intelligente citato ejusque bedello, locum dati damni personaliter calcando demonstret, dicens: „talis .N. damnum mihi intulit in loco isto, succidendo arbores istas, sive bladum, (vel aliter, prout idem duxerit asserendum), quod aestimo ad mareas argenti vel grossos .N. sicut in querimonia super hoc per me faeta plenius continetur.“ §. 4. Citatus vero, si hereditatem eandem suam duxerit asserendam, adhibito sibi bedello suo, depositis vestibus, hereditatem ingressus in loco damni dati, debet asserere dictis bedellis dicens: „hereditas haec est mea,“ (allegando titulum, et jus quod habet in illa adjiciens) „et hunc actorem, qui me citari fecit, trado beneficio Pragensi in CCC denariis“; actore ipso statim, si sua interesse putaverit et jus habere confidit, in hereditate praedicta asserente bidellis eisdem: „et ego eundem adversarium meum trado dicto beneficio in CCC denariis.“ §. 5. Tunc citatus iterum tradat seu det actorem dicto beneficio in DC. denariis, actore immediate sequente citatum ipsum totidem in DC. denariis beneficio saepe dicto tradeote. Et iterum citatus tertio, modo praemisso, tradat actorem in noningentis denariis, actore similiter respondente: „et ego eundem adversarium trado in CM denariis.“ Ultimo citatus dicat: „et ego trado eundem in ohřeb,“ (hoc est in aequivalenti summa pecuniae traditionibus supradictis et aestimationis totius hereditatis; quam non licet per partes ipsas transgredi in ipsis traditionibus quoquomodo) §. 6. Solemnitate proxime praescripta servata, (* quam ex consuetudine regni servari inter privatas personas percepinus temporibus antiquatis *), partes ipsae et bedelli termino assignato compareant coram judice, assignantes unaquaque partium pecunias in traditionibus designatas beneficiariis, aut aliter cum illis concordiam facientes; dicti bedelli relationem faciant seriosam de gestis singulis per partes ipsas in hereditate praedicta, coram summo camerario, Judice et notario, ceterisque beneficiariis et baronibus terrae. §. 7. Facta relatione et intellecta per judicem, judex idem ad probandum proposita hinc inde per partes per documenta vel per testes competentem terminum dictis partibus assignabit. §. 8. Pars, quae in probatione defecerit, aut in termino assignato comparere legitime reensaverit, parti adversae probanti et legitime comparenti ad totam causam et ipsam hereditatem, super qua facta fuit traditio, et in pecunia quantacunque in traditionibus ipsis expressa, condemnabitur ipso facto, et

assignabitur parti victrixi pro obtento jure; medietate dictae pecuniae beneficiariis assignata, et reliqua medietate cum hereditate remanente penes partem victricem eandem. §. 9. Ad executionem sententiae procedatur per monitionem, inductionem possessionis et taxationem, prout alias superius in causa spolii et similibus continetur. §. 10. Si forte aliqua partium actoris vel rei, in terminis comparens, allegaverit hereditatem, super qua controversia vertitur, se emisse et super emptione fidejussores seu disbrigatores habere, quos intendit in judicio dictae causae defensores suos producere, et propterea pecuniam in traditionibus designatam recuset offerre: non ideo pars altera excusatur, si in oblatione pecuniae per eam in traditionibus consignatae omittat procedere sicut decet, nisi de consensu judicis et partium carundem communi fuerit inter eas aliud ordinatum.

O podřezání chmele a dřievie a ryb lovení.

O podřezání dřievie, chmele nebo ryb lovení neb takých jiných věcí takový rád má zachován být jako o rýboji domuov, přičinice to rozdílné, že o každú věc můž zvláště žalováno být. Kdyžby vinný neb pohnaný žádal komorníka na ohledánie škod, jimižto jej jeho súper viní, má jím a oběma komorniek vydán být a rok a den zavítý na dědinách položen být; a to ohledáje komorník má na soudceho rok jemu uložený vznéstí a vynesti a to, což jest viděl, ve dsky popsati. A puovod má na pohnaného vésti o podřezání dříví, slože plášť svouj a kuklu po vyznání komornieka, že jemu takové dřievie podřezal Petr ze Lhoty svú mocí bezpravně etc., u to pokládá za deset hřiven střebra (jakož žaloba záleží). Pohnaný přijma k sobě komorníka praví-li, že jest jeho dědina, s niež jest pohnán, svleka s sebe rúcho, má na tu dědinu vstúpiť a má tu dědinu vyjmenovati, že právo k nie má, oddávaje puovoda, ještě jej pohnal, úřednickuom ve tři sta halérův. Póvod, zdlú-li se jemu, že jest dědina jeho, před tiemž komornieky muž pohnaného oddati úřednickuom také ve tři sta peněz. Tehdy opět pohnaný podaj póvoda úřednikeuom v šest set peněz, a ihned póvod muž podati pohnaného úřednickuom také v šest set peněz. A opět pohnaný po třetí podaj puovodu úřednickuom v devět set peněz a puovod také odpověz: Já jeho podávám úřednikeuom také v devět set peněz; a najposléz pohnaný řeci: A já jeho dávám v ohřeb (to jest ve všecky summy jmenované); a dominieraje se, o tu dědinu, již neslušie pominiuti, ani kterak roztrhnutí bez zpravenie dalšíeho. Chovajicee zvláštnost starého práva strany s komornickem s obou stranů před úřednický s penězi podá-

vanými na roku jim daném, státi mají a komornieci přísní řečí před najryšším komoruňkem, písarem, sudím a jinými úřadníky a pány zemskými vyznati mají, co se jest před nimi mezi stranami stalo; a po ryznání toho a po svědomí suds toho stranám rok polož. Straně kdyžby svědečství nestálo nebo proti svrehu řečenému řádu otporně mluvilo, tehla straně té, kterážby dovedla, o všecky dědiny a o při i o polovici peněz v tom vzdávání za právo má v ní obdržáno býti, a na úřednieky Pražské polovice druhá peněz z práva má připadnuti. K dosti práva učinění úmlura sluší, vzvod, třic panorámie, osobnie drženie, othádánie, a nad právo po othádání poslední panorámie, jakož jest psáno o lípci v té kapitole. Pohnaný nebo pôrod, již jsa právem přemožen a penieze vzdané k úraulu již položivši, zpravec o tu dědinu chtél-liby požívat, penieze již vzdané ztratí; a povolí-li úředníci, móž on na dědinu na své zpravce sahnúti.

CVIII. De dotibus viduarum.

Antiquas observantias recensentes, invenimus feminas viduas regni nōstri Boemiae in donandis vel aliter concedendis dotibus earum speciali quadam semper praerogativa et singulari solemnitate potiri; quam illis servantes illaesam, sancimus: §. 1. Quascunque viduas pro libero voluntatis arbitrio, dotes suas duntaxat, cuicunque posse concedere vel donare, etiam ad tabulas non ponendo; dum tamen scriptura donationis vel concessionis hujusmodi septem baronum sigillis et sigillo proprio dictae viduae donatrici solemniter munita fuerit. §. 2. Alioquin deficiente forte sigillo proprio donatricis specialiter, vel alio baronum ipsorum, donatio vel concessio dotium quaeque facta nullius ipso iure sit efficacie vel valoris.

O vzdání věna vdovieho.

Pojíme vdovám, kteréhož by kolivéck duostenstrie byly, aby věnu srá dátí mohly a zapsati dskami komužkolivéck v zemi, anebo listem svým a pečeti svý a k tomu sedmi pánuor na svědonie pečetmi rzdáti mohla; a nenic-li pečeti její vlastní a jiných pánór, to vzdání žádné moci nemá.

CIX. De puellis orphanis maritandis.

Pudicitiae virginum orphanarum regni nostri Boemiae pio sncurrentes affectu, ne propinquorum obstinata duritia indirecete cogantur (quod aliquando factum audivimus) nitorem obscurare pudicum et degere turpem vitam, quam coelibem duxisse poterant et

honestam, sancimus §. 1. Si qui patruncus aut frater neptem vel sororem aetatis jam nubilis nuptui tradere recusaverit, retinere cupiens forsitan dotem suam, liceat dictae puerilae per se vel alium curiae nostrae implorare judicium. §. 2. Quae per dictam curiam kmetonibus assignata, per eos matrimonio collocetur, personarum honore vel status bonorum qualitate pensatis, fratrem vel patruum dotem debitam solvere compellendo, quam carent kmetones ipsi pro cautela dictae puerilae debite facere conservari.

O sirých pannách za muž vdání.

Kdyžby který strýc nebo bratr sestry své nebo vnuky k letnom došlé ke vdání za muž dátí nechtěl, snad proto, aby jejie sbožie po její smrti zachoval sobě: tehdy úředneci nebo kmětové země České k jejemu pozáhlání za hodného na eti a na sboží vdáti ji mají a z jejeho statku a z dědin věno jí zjednat (spuštosobiti) právem zemským.

Et sic est finis Statutorum regni.

Již jest konec Práv země české, jichž sú Čechové uživali za ciesaře Karla Římského a krále Českého, kterýchž páni, rytieri, zemané i všichni dobrí lidé užívají i podnes v zemi české. Amen.

Appendix documentorum

constitutiones „Majestatis Carolinae“ illustrantium.

Ad const. VI.

(*Ordinatio Joannis regis de successione. 1341.*)

Nos judex et jurati ac universitas civium Maioris civitatis Pragensis

Recognoscimus et ad universorum tam praesentium quam futurorum notitiam harum serie literarum cupimus pervenire, quod quia excellentissimus princeps, dominus noster, dominus Johannes, inclytus rex Boemiae ac Luceburgensis comes, anno Domini 1341, feria 2. iufra octavas Corporis Christi, convocatis praelatis, principibus, baronibus, nobilibus, consulibus seu juratis predictis civitatis Pragensis et aliarum civitatum regni Boemiae, civibus nec non con-

siliariis seu ambassatoribus civitatis Wratislaviensis, ibidem praesentialiter astantibus, talem coram eis Ordinationem duxit publice faciendam, volens eam babere robur perpetuas firmitatis. hanc videlicet: Quandocunque ex permissione divina ipsum dominum regem ab hac vita (quod absit) migrare contigeret, quod tunc statim nos et predicta civitas Pragensis ad illustrem principem dominum Carolum, dicti domini nostri regis Boemiae primogenitum, marchionem Moraviae, suosque heredes duntaxat, et ad nullum alium juxta ordinationem predicti domini nostri regis respectum omnimode habere debeamus. Nos itaque ipsius domini nostri regis mandatis, ea qua decet reverentia obedire humiliter cupientes pro nobis, heredibus et successoribus nostris promittimus bona et sincera fide firmiter et sponsumus, quod quandocunque saepedictum dominum nostrum regem Boemiae decadere contigeret ab hac vita, ex tunc ad ipsum dominum marchionem Moraviae heredesque suos et ad nullum alium volumus habere respectum sibique tanquam vero et legitimo domino nostro in omnibus et per omnia intendere parere et obedire fideliter cum effectu. Harum nostrarum testimonio literarum. Datum anno et die etc.

(*Pelzel, Carl IV. — Urk. XXV.*)

(Declaratio Caroli ad ordinationem Joannis pertinens. 1350.)

Nos judex, jurati et universitas civium civitatis Luthomeric notum facimus universis:

Quod pridem ad mandatum serenissimi ac invictissimi principis et domini nostri gratiosi domini Caroli Romauorum semper Augusti et Boemiae regis nobis communiter per virum nobilem dominum Russonem de Luticz regni Boemiae subcamerarium in consilium convocatis, praefatus dominus Russo vice et nomine predicti domini nostri gratiosi, nos cum instantia requisivit, ut considerata antiqua regni Boemiae consuetudine dudum laudabiliter observata nec non ordinatione provida, quam clarae memoriae illustris princeps ac magnificus dominus, dominus Joannes quondam Boemiae rex, genitor eiusdem domini nostri, matura deliberatione instituisse dignoscitur, qua ipse praefatum dominum nostrum Rom. et Boemiae regem, primogenitum suum eiusque heredes et successores, per masculinam lineam descendentes, ab ipso in praefato regno suo Boemiae suos heredes et successores esse constituit, voluit et decrevit, nos etiam illustri principi et domino nostro domino Wenceslao, praefati domini nostri Rom. et Boemiae regis primogenito, corporalia juramenta homagii, obedientiae atque fidelitatis debite praestaremus.

Nos igitur praefati regni Boemiae approbatae et laudabiliter observatae consuetudini nec non ordinationi praedictae, quam praeformatus dominus noster dominus Joannes olim Boemiae rex memoriae recolendae provida deliberatione pridem instituit, assensum praebere volentes et debitae fidelitatis obsequiis ac obedientia solita eo ferventius inhaerere animo deliberato, non per errorem aut improvide, sed omnibus votis communiter accendentibus,

I. Eidem domino nostro Wenceslao, hujusmodi juramenta corporaliter praestitimus et praecepsamus, nec non promisimus et promittimus bona nostra fide et sine omni dolo pro nobis, heredibus et successoribus nostris in perpetnum, ad praesatum dominum nostrum Wenceslaum, in easu ubi fortasse serenissimum dominum nostrum, genitorem ipsius (quem Deus omnipotens custodire dignet), ab hac luce migrare contingeret, immediate habere respectum, sibique tanquam regi Boemiae, nec non vero legitimo et naturali domino nostro in omnibus et singulis parere ac intendere et absque omnis contradictionis, impedimenti seu difficultatis obstaculo fideliter obedire.

II. Promittentes nihilominus bona nostra fide sine dolo pro nobis, heredibus et successoribus nostris ut praemittitur eadem juramenta corporalia de fide, legalitate et obedientia servandis, non extante praefato domino nostro Wenceslao suo primogenito, vel illo non existente seniori suorum heredum,

III. vel ipso absque heredibus decedente, fratri suo seniori, si quem habuerit,

IV. ant illo decedente, seniori eiusdem fratris heredi et sic demum in antea senioribus fratribus ac seniorum fratrum senioribus heredibus in linea sexus masculini procedendo

continue praestare et corporaliter facere perpetuis temporibus affuturis. Praesentium sub nostrae civitatis sigillo testimonio literarum.

Datum Luthomeritz anno D. 1350 Jubileo sabathio proximo post festum S. Jacobi apostoli.

(*Pelzel, Karl IV. — Urk. LXIV.*)

(Literae Caroli IV. de successione. 1348)

Karolus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus et Boemiae rex.

Ad perpetuam rei memoriam.

Innata cordi nostro benignitas circa fidelium et devotorum nostrorum honores et commoda continua intenta vigiliis votis ipsorum annuere jugiter nos inducit, quotiens poscentium vox est justa; in hoc enim liberalitatis nostrae non errat intentio, sed regalis sceptri fastigium extollere salubriter arbitratur. Sane ad nostrae Celsitudinis venerabilis archiepiscopus Pragensis, Olomucensis, Wratislauensis et

Luthomuschelensis episcopi, necnon illustres Johannes Karinthiae comesque Tyrolis et Goritiae, germanus noster charissimus, ac Nicolaus Oppaviae et Ratiboriae duces, ceterique praelati, duces, principes, barones, proceres et nobiles regni nostri Boemiae et pertinenciarum ejusdem, praesentiam accedentes: nobis humiliter supplicarunt, ut quasdam litteras Friderici divi Romanorum imperatoris electi, praedecessoris nostri, nobis per ipsos exhibitas, quarum tenor et series sequitur in haec verba:

(Sequitur privilegium Friderici II. ab anno 1212: Fridericus divina favente clementia etc. Vid. Codex j. b. I. 24.)

Nostra confirmare anctoritate regia dignaremur.

I. Nos utique praefatorum praelatorum, ducum, principum, baronum, procerum et nobilium, quos honoris et felicis status Romani regni et Sacri imperii fideles et sollicitos prae ceteris novimus zelatores, ipsumque regnum Boemiae Romani regni membrum fore nobiliss, supplicationibus benignius inclinati, praeftas litteras, ac omnia et singula contenta in eisdem, laudamus, ratificamus, approbamus, confirmamus, et de novo ex certa scientia de nostrae Romanae regiae plenitudine potestatis praefatis regno, praelatis, ducibus, principibus, baronibus, proceribus et nobilibus, ac universitati regni ipsius et pertinenciarum ejusdem, ad usum et opus regum Boemiac in perpetuum damus tenore praesentium, couferimus et donamus, omnem diminutionem et defectum, si quis in praemissis fuerit, de uberiori dono Majestatis Romanae regiae et plenitudine potestatis reparantes omnimode et supplentes.

II. Verumtamen si circa contenta in praefatis litteris nonnulli calumpniari, aut ea interpretari sinistre, seu in sensum reprobum declarare, imo verius obscurari forsitan niterentur, ad tollendum de medio omne dubium vel obscurum, quibus dictarum series aspergitur literarum, ut regni Boemiac praefati, ipsiusque incolarum status in sincera imperii dilectionis perseveret concordia, et unitatem in vinculo pacis servet, ac incolae dicti regni hiis quae dissidentiae materia possent esse temporibus profuturis et animarum et corporum inde nascituris periculis rerumque dispendiis proventuris sollerti praeventione, antequam ordiantur, tam prudenter quam salubriter praeccisis, tamenquam mansueti terram hereditent et in pacis multitudine delectentur, electionem regis Boemiac*) in casu dumtaxat et eventu, quibus de genealogia, progenie, vel semine, aut prosapia regali Boemiae masculus vel femella superstes legitimus (quod Deus avertat) nullus

*) Friderici II. privilegium sub III: „Volentes ut quicumque ab ipsis (i. e. Boemis) in regem electus fuerit, ad nos vel successores nostros accedat, regalia debito modo recepturus“ (Cod. I. 24).

fuerit oriundus vel per quemcumque alium modum vacare contigerit dictum regnum, ad praelatos, duces, principes, barones, nobiles et communitatem regni praefati et pertinentiarum ejusdem, habita cum nonnullis regis Romanorum futuri Imperatoris coelectoribus ac aliis principibus, qui tunc temporis nostrae Celsitudinis praesentiae assistebant, deliberatione matura, ipsorumque sano digesti consilio, volumus, decernimus, pronunciamus, interpretamus et praesentis scripti patrocinio declaramus rite, juste et legitime in perpetuum pertinere.

III. Ipsiusque regis Boemiae electionem in easu et eventu predictis et non aliis praefatis praelatis, ducibus, principibus, baronibus, nobilibus et communitatibus dicti regni et pertinentiarum ejusdem de nostra Regis Romanorum plenitudine potestatis, ac ex certa scientia damus, concedimus, conferimus et donamus, dictamque electionem meliori, salubriori et saniori, quo potest, modo fieri, confirmamus et transferimus in eosdem.

IV. Volentes etiam, ut quicunque in regem Boeniæ electus fuerit, ad nos et successores nostros Romanorum reges et imperatores accedat, sua a nobis et successoribus nostris modo debito et solito regalia recepturus, non obstantibus legibus, consuetudinibus, usibus, observantiis, juribus municipalibus vel communibus statutis, seu edictis factis et editis in contrarium quibuscumque, quas et quae quantum ad haec ac si forent nominatim et de verbo ad verbum scripta praesentibus et inserta, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, et de dicta Romanæ regiae plenitudine potestatis decernimus firmitatis fore nullius penitus vel momenti. — — —

Dat. Pragae Anno Domini Millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, Indictione Prima, VII. Idus Aprilis, Regnorum nostrorum anno secundo.

(*Orig. archivi olim Karlsteinensis. Cf. Inventarium ejusdem archivi. Ecopia ridimata anni 1526 typis descriptum in Cod. dipl. Mor. VII. 769.*)

Ad const. XVI. XLV, LVIII, LXIV, LXV, XIX.

(Concessio libertatum regno et incolis regni Boemiae
25. Dec. 1310.)

Johannes dei gratia Boemiac et Poloniae rex, sacri imperii citra montes vicarius generalis, ac Lucemburgensis comes, omnibus in perpetuum.

Gloriae regalis culmen attollitur, tempisque datur vitae felicitati productius, dum rex amari, non timeri, desiderans, non sacerdientis sed diligentis potius in subjectorum assumit gubernatione officium. Nam dum ipsis in rege, et regi in eis, sic complacet, ex

huiusmodi caritativae receptionis operibus pax, et ex pacis totius boni procedit stabilitate fomentum, et pium illud regis pacifici, quo humanum genus, ut honeste vivat, alterum non laedat, jus suum unicuique tribuat, informatur, decretum ad suum feliciter infelici dudum transgressione abolitum revocatur effectum. Quapropter nos, qui gubernationi regni Boeniac superna sumus dispositione praepositi, sic in ipso vivere, sique deo auxiliante proponimus dirigere actus nostros, quod nil sibi vendicet odium vel favor usurpet illitus, sed omnia ex caritate composita inter nos et ipsius regni incolas fidei, amoris et dilectionis perpetuae sentiant firmitatem. Et ut huius nostri laudabilis deo favente propositi iidem regnicolae in efficaci et benigna sentiant prosecutione progressum, hoc eis promittimus et ad hoc nos fideli et constanti promissionis vinculo obligamus:

Ad c. XVI.

I. Quod venerabilem in Christo patrem dominum Johannem, Pragensem episcopum, principem nostrum dilectum, et successores suos, ipsam Pragensem ecclesiam, totumque clerum, nec non nobiles et terrigenas, regnique ipsius populum universum, bona et possessiones ipsorum, in eorum conservabimus juribus, et eorum libertates, consuetudines, privilegia et jura quaelibet, tam in judicio quam extra judicium firma et illibata servabimus, nec ea immutabimus nec diminuimus in aliquo, sed ea et per nos tenebimus et per alios teneri et servari semper ab omnibus immutabiliter faciemus, nec aliquibus, cuiuscunque conditionis aut status fuerint, hominibus aliqua, quae praedictis juribus, consuetudinibus, privilegiis vel libertatibus praecjudicare possent, privilegia dabimus, imo data ab aliis praesentibus revocamus.

II. Et ne huius generalitatis ambiguum calumniosae quispiam interpretationis figuraione adhibita in praedictae nostrae voluntati contrarium et ipsorum regnicolarum odibilem referat intellectum: eorumdem regnicolarum jura, quae magis dilucidatione et aperta intelligentia opus habent, per hoc non revocatis nec diminutis aliis, promissa quoque nostra, quae eis super eisdem juribus et quibusdam certis articulis observandis praestitimus, praesentis scripti mandavimus annotatione includi.

III. Specialitar enim haec jura regnicolas ipsos ab antiquo habuisse et a nobis et successoribus nostris habere debere praesentibus profitemur:

Ad c. XLV.

IV. Quod videlicet nobiles et terrigenae ipsi non tenentur, nec nos ipsos ad hoc debemus aliqua ratione compellere, quod ad

expeditionem procedant aliquam ultra quam metae terrarum Boemiae et Moraviae se extendant, nisi hoc ab eis, ut ultra metas ipsas ad expeditionem procedant, nostris possumus precibus vel denariis obtinere; sed cum ipsis terris Boemiae et Moraviae vel earum alteri defendendae vel pacificandae imminaret necessitas, ad hoc sive expeditione, sive servitio alio opus esset, Boemi et Moravi simul vel divisim, prout bonum et status terrarum ipsarum exegerit, procedere necessario tenebuntur.

V. Collecta generalis quoque, quae vulgariter berna dicitur, nec per nos nec per successores nostros reges Boemiae ipsi regno debet imponi vel recipi, nisi in duobus casibus infra scriptis: Ad coronationem videlicet regis, et ad quamlibet regis filiam maritandam. Et tunc collecta ipsa hoc modo solvetur: Videlicet quilibet laneus vel molendinum super flumen, quotquot rotas habuerit, unum fertonem argenti, et quilibet artifex mechanicus de artificio suo, quaelibet taberna et quodlibet molendinum super rivulum, etiamsi plures rotas habuerit, unum lotonem argenti, et si argenti usus non fuerit, pro fertone XIII, pro lotone III grossos Pragenses; — de agris autem, qui per laneos distincti non (sunt), de aratro unum fertonem nobis ipsius collectae nomine solvere tenebuntur. — Illos antem agros, laneos, artifices, molendinarios et molendina solummodo collectae praedictae subjecta et obnoxia esse dicimus, de quibus dominis eorum census solviter, et (quae non) sunt ipsorum dominorum vel servitorum suorum usibus deputata. Si quae autem ex eis vel servitores dominorum ipsorum pro servitio suo tenent, vel ipsi domini pro se colunt, suis vel curiarum suarum vel bonorum suorum officinis vel officiis vel custodiis deputarunt, dicimus non debere solvi collectam.

Ad c. LVIII, LXVII, LXV.

VI. Antiquum etiam regnicolarum ipsorum jus, quod aliquerum praedecessorum nostrorum regum Boemorum temporibus abolitum et abusu revocatum fuerat, renovantes, decernimus et in perpetua de cetero volumus stabilitate manere, quod quicunque filiis masculis non relictis decesserit, filiae superstites in hereditate et bonis paternis succedant. Si autem nec filios nec filias habens et nulla de bonis suis in vita vel in morte dispositione facta decebat, proximiiores usque ad quartum consanguinitatis gradum masculini vel feminini sexus heredes in bonis suis omnibus et hereditate succedant. Quibus non existentibus, et legitima bonorum suorum dispositione, prout praemissum est, per decedentes non facta, ad nos tunc demum bona decedentium taliter devolvantur. Et hoc idem in bonis eorum, qui pro delictis suis capitali puniuntur sententia, volumus observari: licere autem volumus omnibus filiorum et filiarum

posteritate carentibus et capitali, ut dictum est, sententia puniendis, de bonis suis in vita et in morte disponere, prout eorum placuerit voluntati.

Ad c. XIX.

VII. Ceterum ut omnis, quae de nobis ipsis nobilibus et terrigenis regni Boemiac possit oriri suspicio vel displicendi materia auferatur, hanc nobis legem eam adimplendi necessitate imponimus, et hoc in nobis et successoribus nostris perpetuac obligationis observatione firmamus, quod nullum capitaneum, nullum pureravium vel castellarium in castris nostris, nullum beneficiarium vel officialem aliquem in Boemia vel Moravia vel in curia nostra ponemus alienigenam, nec bona, possessiones vel castra vel officia aliqua alienigenis ipsis inperpetuum vel ad tempus dabimus, nec eos hereditare in regno Boemiae aliqualiter admittamus: sed praedicta omnia in Boemos vel in Moravos tantum per nos ita dispensari debere decrevimus, quod (nec) nobis licere aliud judicamus.

VIII. Et ne subrepat alia, quod una via sub sincera sollicitudine prohibetur, hoc praedictae nostrae legi vel aequali observationis necessitate adjungimus, quod nullum alienigenam vel extraneum in Boemia vel Moravia hereditates, castra, possessiones, bona immobilia vel jura aliqua emere vel empta retinere aliqualiter admittemus; sed si alicui de talibus bona hujusmodi donata vel legata, vel forte in dotem dominae alicuius de Boemia vel Moravia fuerint assignata, vel quocunque alio titulo pervenerint ad eundem, ea a die qua ad eum pervenerint, intra annum vendere alicui terrigenae tenetur; quod si non fecerit, omnia praedicta, quac fuerat assecutus, tunc ad proximiores ipsius dominae consanguineos statim post ipsius anni terminum devolvantur.

Et quia omnia et singula supradicta terrigenis ipsis firma semper volumus et illibata servare: promittimus, quod cum favente domino in regem Bohemiac fuerimus coronati, literas praesentis tenoris cum majoribus sigillis nostris regalibus, quibus tunc utemur, s gillatas triplicatas ipsi domino episcopo Pragensi et terrigenis intra duas septimanas a die coronationis nostrae dare nullatenus obmittemus . . .

(*Palacky, Formelbücher I. 129.*)

**Jura et consuetudines regni Boemiae atque marchionatus
Moraviae.**

(Constitutio Joannis regis. 1311.)

Johannes dei gratia Boemiac et Poloniæ Rex, Sacri Imperii citra montes vicarius generalis. ac Lucemburgensis Comes, universis

Regni Boemiae ac Marchionatus nostri Morauiae fidelibus, quibus nosse fuerit opportunum, salutem et notitiam subscriptorum.

Ad fastigia sceptrigeri diadematis, diuina disponente clementia, sublimati, ad hoc ferventibus votis intendimus, ut nostri regiminis tempore nostrae dicioni subiectis libertas optata proveniat, vitentur pericula ac a malignorum protecti incursibus quiete sedeant, sedendo quiescant et in pulcritudine pacis, in tabernaculis fiduciae, ac temporaliuum requie opulenta, quod tunc salubrius fieri et commodius expediri credimus, si ius suum tribuatur cuilibet et ultra debitum non arteatur: hoc sane attendentes, omnes Regni nostri Boemiae et Morauiae principes ecclesiasticos et seculares, barones, nobiles, clientes, prelatos, clericos et universos nostrae dicioni subiectos, pio favoris applausu fauorabiliter amplectentes, eisdem duximus promittendum:

I. Quod omnia eorum jura, consuetudines, quae et quas a nostris habuerunt et habere consueuerunt praedecessoribus, rata habere volumus et tenere et eadem inconvulsa conseruare, necnon quod omnia eorum priuilegia, quae a nostris habent praedecessoribus, volumus nostris confirmare sigillis.

II. Practerea vt nostri subiecti vberioris nostrae pietatis sentiant benivolentiam, promittimus, vt nullam steuram vel exactionem quae berna vulgariter dicitur, nisi nos vxorem ducere contigeret, seu in liberorum nostrorum filiorum et filiarum coniugali copulatione, ab eis aliquatenus exigemus.

III. Caeterum, vt nostri Regni regnicolas ad voluntaria prouocemus obsequia, pollicemur eisdem, quod numquam alicui alteri quam (Morauo in Morania) aliquod officium suppae committemus.

IV. Insuper communi voto parentum affectantium successionem suam deuolui ad posteros, clementer assentientes, nolumus quod liberis filiis et filiabus seu fratribus, eorumque filiis infra quartam generationem extantibus, alicuius nostri subditi bona ad nos tamquam vacantia, nisi propter crimen confiscanda forent, denoluantur, seu nostro aerario applicentur.

V. Porro ut suis utilitatibus nostri subditi quietius intendant et commodius conquiescant, hanc eis duximus facere graciā specialem, quod vltra metas Regni nostri Boemiae et Marchionatus Morauiae, ad quorum defensionem Principes, Barones, Nobiles Regni nostri Boemiae et Marchionatus Morauiae contra omnem hominem nobis assistere fideliter promiserunt, pro subiugatione alicuius terrae alienigenae eos inuitos nullatenus compellemus.

VI. Postremo cum steuram quae berna vulgariter dicitur, in casibus superius expressis, nec non in coronatione Regis Boemiac, in quo casu berna etiam est tollenda, accipere nos contigerit, nolumus, vt plus quam unus ferti argenti de lanceo requiratur vel aliquatenus exigatur.

Quae omnia et singula sigillis nostrac excellentiae fecimus
communiri. Datum Brunne XIII^o. Kalendas Julij. Anno domini
Millesimo. CCC^o. Undecimo, Regnorum nostrorum Anno Primo.

(*Orig. membr. in archivio march. Moraviae sub N. 1. inter Privilegia. — Confirmatio hujus constitutionis in libro domini Cziborii de Čimburk „Kniha Továčovská“ adjecta versione boemica.*)

Ad const. XXVII.

Strenuus miles, Cztiborius de . . . circa tabulas terrae, quas
domini barones regni Boemiae singulis annis in quatuor temporibus
dumtaxat, secundum consuetudinem hactenus approbatam — con-
sueverunt aperire et quae sub clavibus nobilium baronum Benessii
de Wartemberg summi camerarii (1365), Andreae de Duba iudicis
(1343 ss.), Stephani prothonotarii terrae Boemiae (1351, 1358 ss.)
strictè reservatur, personaliter constitutus, petebat, ut sibi imposi-
tionem hereditatis suae de praedictis tabulis extraherem etc.

(*Formula. — Palacký, Formelbücher II. 248.*)

Dissertatio commemoranda:

Dr. Franc. Pelzel, Die Majestas Carolinae (Mitth. des Vereins für
Geschichte der Deutschen in Böhmen. VI. 1867).